Et qui tenebant signa phœbæ facis
Oculi: nihil gentile nec patrium micant.
Lachrymæ cadunt p ora: & assiduo genæ
Rore rigantur: qualiter tauri iugis
Tepido madescunt imbræ profusæ niues
Sed en patescunt regiæ fastigia domus.
Recliuis ipsa sedis auratæ thoro.
Solitos amictus mēte non sana abnuit
Phe. Rēouete fāulæ purpura: atq; auro il/
Vestes ,pcul sit muricis tyri rubor (litas
Quæ fila ramis ultimi seres legunt.
Breuis expeditos zona constringat sinus.
Ceruix monili uacua: nec niueus lapis.
Deducat aures: indici domum marís.
Odore crinis sparsus assyrio uacet.
Sic temere iacte colla perfundant comæ
Humerosq; summos cursib⁹ motæ citis
Ventos sequātur leua se pharetræ dabit.
Hastile destra uibret thessalicum manus.
Talis seueri mater hyppoliti fuit:
Qualis relictis frigidi ponti plagis.
Egit cateruas atticum pulsans solum
Tanais aut meotis: & nodo comas
Coegit emitisq;. lunata latus
Protecta pelta. talis in siluas ferat.
Nu. Sepone q̄st⁹. nō leuat miseros dolor
Regina sæuis modus ecquis est flāmis?

Inconstabili. Defecta: destituta uirib⁹ a deficio nō est amplius hic color uiuus in uultu. Cura: amor. Populatur. cō sumitur. sic Vir. est mollis: flamma medulla efficit macilēta propter amorē. Decor: pulchritudo. Tener: teneræ puellæ: uel q̄ facile possit cōsumi. Et qui: oculi phœdræ qui antea uidebantur duæ stellæ: & facile eā dem mōstrabāt esse de genere solis. nūc ebetari lachrymis pleni sunt. Gētile: de gente sua. Patriū: patris quare minos pater eius fuit etiā pulcherrimus. Qualiter: adaptat cōparationē.

Tauti: mōtis de quo supēri⁹. Profusæ: liquefactæ. Sed en: ecce quod nō erat præsens nutrix. Sed radiēs: uidet ianuā apertā: & cōspicit reginam deponentē uestes. Fastigia: sublimia regiæ domus per endiadim quādo de duobus substātiuis alterum fit adiectiuū: ut pateris libamus: & auro. Recliuis: retro a clinata thoro sedis auratæ. Solitos: uestes quas solita erat gestare. Remouere; iubet phœdra portari sibi uestem tenuiorē ut possit sequi hyppolitū in uenationē. Illitas: depictas & intextas. Muricis tyrii purpuræ: murex piscis ex cui⁹ sanguine tingebat purpura apud tyrū. Seres legūt: colligūt: extremi sunt populi ad orientem: teste Ply. lib. vi. hi sunt in asia scithyca mites & quietissimi iter se: reliquoq; mortaliū cetus fugientes & cōmertia apud hos arbores nō solū folia sed lanam ēt ,pferunt quæ ab eis denoīata sericū appellat. Vir. primo geor. Velleraq; ut foliis depectūt tenuis seres. Zona breuis: ut sit magis expedita ad cursum. Sinus: uestes. Odore unguento: sicut aqua ex nardo & rosis: solebant antiq̄ unguētari ad delicias. Themere: sine ordine. Motæ. s. comæ. Citis: uelocibus. Sequant: uadant scdm uētum. Leua: sinistra mea manus. Vibret: cōcutiat. Talis: ero qualis hyppolitæ uel antiopæ mater hyppoliti seueri & duri: quādo relictis plagis. i. regionibus frigidi pōti septētrionalis regionis. Pontus: regio uersus capadociā ubi regnauit mitridates. Egit cateruas: ducit turmas amazonum. Pulsans: uerberās ungula æquorum. Atticum solum: terrā atheniēsium. Tanais: fluuius est septentrionis in scythia q̄ in paludē meotidē defluit quē nualē dicit Virg. iiii. georgi. Coegit: cōstrinxit. s. tanais & meotis quæ ibi pro muliere ponit. Emisit. intellige q̄ capilli sint nodati in capite: & a parte post diffusi aliter esset cōtradictio. Protecta. s. tanais cooperta latus. Pelta: lunata: scuto amazonū in forma lunæ. Sepone questus: uiderat nutrix phœdrā lamentantem: unde dicit q̄ miseris nō prodest lamētari: sed potius est eundū ad præces dianæ quæ reddat hyppolitum amatorē & secū ipsa nutrix facit præces: uidensq; hyppolitum ad aram dianæ parantem sacrificiū accedit ad illum ut exhortaret ad amorem.

Modus: finis. Agreste: quæ uersatur in agris quia uenatrix. Virginis: dianæ: quæ dicitur nupta.

¶ Lachrymæ cadunt: langueſcit misera ex amore & in lachrymas soluitur ut solet nix a mōte tauro deliquari: nec illi amplius curæ est tyria pala nō unguēto delibutus crinis. nō in auris. atticaq; mos ē & cypriaq; mulieq; gēmas auribus infigere crotala & elēcos. sicut Mar. in phillida Gē DAN.

ma uel a digito uel cadit ante lapis: & iuuenalis in cerdo: Auribus extensis magnos cōmisit elencos. Pelta: scutigenus istar lunæ quo amazones in pugna se tegebāt peltatā scytico discinxit amazona noda Martialis.

BER. ℂRegina: sunt præces nutricis ad dianam ut cõuertat Hyppolitum ad amorem phœdræ. Solis: solitaris & desertis. Omnium: auguriorum quæ fiunt ore: illa quæ uidentur minari phœdræ in malum conuerte in bonum. Hececate: triformis ponitur pro Diana: siue luna seu proserpina: nam hecaton apud græcos cẽ tum significat quem numerum finitum pro infinito ei antiqui ob mirabilem potentiam tribuebant: quod uidetur uoluisse Virg. Voce uocans hecatem cœloq; crebroq; potentem. Vbi dicit Seruius hecate proserpina dicta est: aut qđ centum uictimis placetur: ut Menelaus constituit: aut quod insepultos faciat errare p cẽ tum annos. Alterna face: quia tempore diei lucet sol nocte luna. Mundus: cœlum. Cœptis: dicuntur cœpta quæ nõ sumus aggressi adhuc: sed in ipa cogitatiõe sunt. Rigentem: durum. Vultus lucidi: habeas semper clari tatem: & nunquam eclipseris. Thessali cantus: incantatores de thessalia qui dicebantur carminibus suis lunã deducere in terram quod tetigit Virgilius: Carmina quæ possunt cœlo deducere lunam. Nullus pastor: quemad modum endimium de quo diximus. Ipsum intueor: dum dicit hæc uerba: Videt hyppolitum parantẽ sacrũ.

Agreste placa nomen uirginis deæ.
Regina nemoꝝ sola quæ montes collis:
Et una solis montibus coleris dea:
Conuerte tristes oĩum in melius minas.
O magna siluas inter & lucos dea:
Clarũq; cœli sidus: & noctis decus:
Cuius relucet mundus alterna face
Hecate triformis. en edes cœptis fauens.
Animum rigente tristis hyppoliti doma.
Amare discat: mutuos ignes ferat.
Det faciles aures. mitiga pectus ferum.
Innecte mentem. toruus aduersus ferox
In iura ueneris redeat. huc uires tuas
Intende: sic te lucidi uultus ferant:
Et nube rupta cornibus puris eas.
Sic te regentem frena nocturni ætheris
Detrahere nunquã thessali cãtus queant.
Nulluſq; de te pastor gloriam ferat
Ades inuocata: iam fauet uotis dea.
Ipsum intueor solẽne uenerantem sacrũ.
Nullo latus cõmitante: qd dubitas: dedit
Tempus locũq; casus: utendum artibus.
Trepidam⁹: haud ẽ facile mãdatũ scelus
Audire uerum: iusta qui reges timet
Deponat: omne pellat ex animo decus
Malus est minister regii imperii pudor.
Hyp. qd huc seniles tessa moliris gressus
O fida nutrix turbidam frontem gerens
Et mœsta uultus: sospes est certæ parens
Sospesq; phœdra: stirpis & geminæ iugũ.
Nu. Met⁹ remitte, pspero ĩ statu regnũ est:
Domusq; florens sorte fœlici uiget.
Sed tu beatis mitior rebus ueni:
Namq; anxiam me cura solicitat tui.

Nullo: scilicet homine scio: quare solus erat: uñ illi potero dicere quicquid uoluero. Quid dubitas: loquit nutrix ad seipsam fortuna dedit tibi locum & tẽpus aptum ad loquendum unde non opus est ut dubites aperire illi consilium tuum. Artibus: astutiis & dolis. Trepidamus dubito tamen quia non est facile tales præces audire. Haud non. Audire: obedire: non est facile obedire nouercæ quæ mihi hoc commisit: uel ipsi hyppolito. Verum: sed tamen oportet obedire: si uolo amorem reginæ & obliuisci iustitiæ: nam quult seruire regibus nõ quærat iusta aut bona. Omne decus: omnem honorẽ: quia oportet etiam esse ministrum turpitudinis. Quid huc: hyppolitus uidens nutricẽ uenientẽ interrogat quid ueniat tam tristi uultu: petitq; an pater & mater & filii incolumes sint. Iugum geminæ stirpis: par duoꝝ filiorum: ideſt duo filii thesei & phœdræ. Metus: soluit hyppolitũ subito metu dicẽs oĩa bene esse. sed tristis sum quia uideo te capere nullam uoluptatẽ semperq; uersari labore.

DAN. ℂRegina nemorum: implorat hecatem quæ præsens amantibus propter uenena potest durum animum hyppoliti in amorem soluere. hinc in pharma centuria theocritus inducit amantem ad lunam confugere & rogare si bi sit comes & propitia ad trahendum daphnidem in suos complexus: χαιρε εκατε αλασ τωλντθ. και εϛελοσ αωωινοτι λει φαρτωκα ραυτα ερλοισαχε ρειονα μι τετικιρκησ ωη τετι ωη δειασ ωητε ξανθασ τωερι ωηλασ

Triformis: in cœlo lucet: in syluis ferit: torquet in inferno: Menelaus instituit hecatem placari centum uictimis ideo dicta hecate. uetus ara hecates & ditis patris in loco qui dicitur terentus Romæ celebratur. Mutuos ignes: amet uicissim amantem. Innecte mentem: aut absolute loquitur constringe mentem uinculo amoris: aut tresillos nodos amatorios intelligit de tribus liciis: ut meminit Virgilius in bucolicis: Necte tribus nodis ternos amaryli colores. Detrahere: deducere cœlo. thessali presentanei sunt cantatores & magi inde in appellationem communem cuiuslibet ueneficii cadit: utuntur autem rhombo figura quadrata: ut meminit Martialis quæ tunc thessalico lunam deducere rhombo: & Theocritus: χασ δ ινει θολερομβοσ οχαλκεοσ εξαφροδιτασ. οσκινοσ δ νοιθο. Quid huc feniles: sermo prætextatus & totus uenustatis plenus pii & simplicis adolescentis aduersus & nutricem & grandeuam. Geminæ stirpis: intelligit Demophoontem & antigonum quos ut refert Plutarchus: Theseo pperit. Metus remitte: artificiose in causa turpi ab insinuatione orditur & proponit facti causam a fatorum necessitate arguens: ην μενθεμισ αυτωταλυξαιθανατοισ. ωαντηγαρ μεγαρτετ ταται ερκοσ. ut inquit Apollonius rhodius: postea per inductionem hortatur hyppolitum nutrix ea ut imitetur quæ fert adolescentia. nec spernat partem solido demere de die sed recordetur florem ætatis breui deficere & extremum ideſt mortem semper adesse sublata a ceruicibus claua ut stratim sternat & rapiat in perpetuas tenebras: est autem tota hæc oratio ad persuasionem amoris accõmodata.

Quod teipse

Quod teipe pœnis grauib⁹ ifeſt⁹ grauas:
Quã fata cogunt:hic qd iuuat miſer:
Aut ſiquis ultro ſe malis offert uolens.
Seq; ipſe torquet:p dere eſt dignus bona.
Qui neſcit uti potius annorũ memor.
Mentem relaxa motibus feſtis facem:
Attolle:curas bacchus exoneret graues
Aetate fruere mobili curſu fugit.
Nũc facile pect⁹ grata: nũc iuueni uenus
Exultet animus.cur thoro uiduo iaces
Triſtem iuuentam ſolue: nũc luxus rape
Effunde habenas optimos uitæ dies
Effluere prohibe,ppria deſcribit deus.
Officia:& æuum per ſuos ducit gradus
Lætitia iuuenem frons decet triſtis ſenẽ
Quid te coerces:& negas rectam indolẽ
Seges illa magnũ fœnus agricolæ dabit
Quæcunq; lætis tenera luxuriat fatis.
Arborq; celſo uertice euincit nemus
Quã nõ maligna cedit aut reſecat man⁹
Ingenia melius recta in laudes ſe ferunt
Si nobilem animũ uegeta libertas alit.
Truculentus & ſilueſter & uitæ inſcius
Triſtem iuuentam uenere deſerta colis.
Hoc eſſe munus credis indictum uiris
Vt dura tolerẽt:curſibus domẽt equos
Et ſæua bella marte ſanguineo gerant.
Produxit ille maximus mundi parens:
Cum tam rapaces cerneret fati minas:
Vt damna ſemper ſobole repararet noua
Excedat agedum rebus humanis uenus
Quæ ſupplet ac reſtituit humanũ gen⁹.
Orbis iacebit ſqualido tupis ſitu
Vacuum ſiue ullis claſſibus ſtabit mare:
Aleſq; cœlo deerit & ſiluis fere.
Solis & aer peruius uentis erit
Quã uaria lœti genera mortalẽ trahunt
Carpũtq; turbã:pontus & ferum & doli
Sed fata credas deeſſe;ſic atram ſtyga
Iam petimus ultro.cælibẽ uitam probet
Sterilis inuẽtus:hoc erit quicquid uides
Vnius qui turba & in ſemet ruet.
Proinde uitæ ſequere noſtram ducem:
Vrbem frequẽta.ciuium cœtus cole:
Hy. Nõ alia magiſ ẽ liberat & uicio carẽs

¶ Infeſtus: moleſtus tibiipſi. Quẽ:illi uiuent in miſeria quia habent fortunam aduerſam. Cogunt:ſcilicet ad miſeriam. Volens:ſponte & non coactus:ideſt dignus perdere omnia bona quæ habet quibus neſcit uti. Anno rum memor: ætatis adoleſcentiæ cui conueniunt uoluptates. Mentem:ſcilicet occupatam tanto labore. Motibus feſtis:potius debes cum lætitia celebrare feſta quæ mixtis mulieribus & facibus fiebant in conuiuiis & origiis. Bacchus:uinum ut Horatius:Vino ſoluuntur curæ.Qui poſt uina grauem pauperiem crepet. Fruere:imperatiuus eſt. Mobili curſu:q̃re floſculus ætatis cito curit:ut Virgilius:Obrepit non intellecta ſenectus.Ouidius:Fallitq; uolatilis ætas. Non:dum es iuuenis. Facile pectus:animus pronus ad uoluptates. Exultet:iſta ætate debes ſolis rebus uoluptuariis iucumbere. Viduo:ſine uxore. Triſtem:ſeueram. Luxus:delicias. Effunde habenas:tractum ab æquis currentibus:dimitte habenas ætati ut fruatur uoluptatibus. Propria officia:quia omnis ætas ſtudium ſuũ habet:aliud conuenit iuueni aliud ſeni. Æuum:ætatem. Per ſuos gradus primo infans: deinde puer:& ſic per omnes partes ætatis diuiſa ſunt officia. Coherces:cohibes quaſi in carcere & arctas iuuentutem tuam more ſenili. Seges:per cõparationem dicit uides ſegetem ſpiſſam & abundantem dare maximũ fœnus:ideſt fructum:rara autem parum. Luxuriat: multum creſcit. Lætis ſatis:fertilibus ſeminatis. Arbor:alia comparatio celſo uertice creſcit arboris nõ incidatur: nõ poteſt creſcere multũ reſecata. Euincit:creſcit ſuper alias arbores & iſta dicuntur non ad ueritatem: ſed ad perſuaſionem ut trahat illum ad amorem:ſiquis non cohiberet iuuentutem ſuam nullam uirtutem acquiret:ſed ibi contrarium dicit ſi dimittantur ingenia in libertate:creſcunt ad laudem & honores. Vegeta:quæ habet uigorem nõ repreſſum. Vitæ inſcius.qui neſcis frui uita. Hoc eſſe credis ne datum a natura ut homines ſemper laborarent maioribus rebus:quaſi dicat non. Munus: officium.

Indictum impetratum. Curſibus:ut continuo æquitent. Prouidit:quia uidebat genus hominum defectu rum uoluit reparari generatione. Rapaces minas:cum uideret mortem omnia rapere. Excedat:probat ſi q̃ remoueatur uenus ab omnibus:cito deficient omnia animalia. Agedum:hortantis eſt. Situ: ſqualore omnia erunt plena ſentibus. Solis uentis:quare nõ erunt aues ſed ſoli uenti. Lœthi mortis. Carpunt:tollunt de medio. Pontus:mare:enumerat multos modos quibus miſeri mortales pereunt. Sed fata: pone q̃ non pereant tot caſibus: tendimus tamen omnes ad finem: ut Saluſtius:Omnia orta occidunt:& aucta ſeneſcunt. Atram ſtygam:nigram paludem inferni. Petimus: ultro uadimus naturaliter ad mortem. Vitam celibem:ſine uxore:ſi omnes iuuenes quemadmodum tu: improbarent connubium:non durarent: niſi per unam ætatem. In ſemet:per ſeipſam. Proiunde:infert concluſionem: ideo cum natura inſtituerit propagationem generis noſtri: uenias ad urbẽ & fruere iuuẽtute tua. Cetus: conſortia ciuiũ: quare natura nihil ſolitariũ amat: ut dicit Cicero.

Non alia: audita exhortatione nutrix reſpondet hyppolitus meliorem eſſe uitam ruſticanam q̃ urbanam.

BER.

Magis libera: nulli ambitioni aut cupiditati ſeruiens.

¶ Cur toro uiduo iaces: ſic Anna ad dido.ſola ne ppetua mœrens carpere iuuẽta erat locus a facili. Excedat agedũ: natura fert & apperit mutuo maris & fœminæ nutu & nexu ſuſtineri nõ tm̃ ſed etiã augeri & grãdeſcere. Lactãtius in diuinis iſtitutionibus & Ariſtoteles in aĩalibus ſcribũt nõ temere a natura inſtm̃ genita-

DAN.

le homini fuisse ascriptum. & fœminæ matricem: deinde glandem membri genitalis ad similitudinem cordis factam quia primum generet cor in quo uitæ sedes principalis constituta est ne frontem contrahe lector candide si hic uideor lasciuiuscule commentati: quom ea recitem sine uitio: quæ & ad rem pertinent &
Plutarchꝰ. a uitis doctissimis prodita sunt. Plutarchus in quæstionibus addit a duobus elementis generatiuis masculum habere uim motus ex calore: & fœminam materiam conceptus ex humido propterea consuesse tangere aquam & ignem nouam nuptam: ecce igitur quemadmodum natura huiusmodi concomitantia sustinetur: quod si fiat disiugatio etiam rerum omnium interitus sequatur necesse est: ita hoc consyderans uenerabilis anus illa Polyxo apud appolonium hortatur lẽniadas ad nuptias argonautarum hoc modo. ευταν ϑηγεραι ϖεν αϖωφην νυϑουσι γυναικεσκουροτεραι ϑ αγονοι ζυγερωνϖοτηγη ραδικη ϑε ϖωζημοσ γνσε ϑε ϑυσαμμοροι. &cætera

BER. ¶ Aura populi: fauor popularis. Inuidum bonis: qđ uirtuti semper inuidet: ut exemplis maximorum uirorum probatur qui ex urbibus suis deturbati sunt. Fragilis: quare nihil est tam mutabile q̃ uulgus. Seruit: ut est apud Ciceronem in paradoxis: Seruitutem omnem esse miseram. Vanos: non durabiles. Fluxas: quæ cito labuntur aliquo casu: ut Ouidius: Irus est hodie qui
Ouidius. modo cresus erat. Liber: eum genitiuo figuratae solet poni cum ablatiuo: ab his passionibus qui degit in agris.

Haud: non illi habetur inuidia: qui semper petit alta & superiores. Degeneri uilli: quare generosus animus nõ dolet de bono alieno. Conscius: in malam partem accipitur: qui scit scelus suum: ut Iuuenalis: Hi sunt qui ad singula fulmina pallent. Fingit: mentitur. Quærit regi: non oportet ut rusticus struat sibi sublimia tecta: cũ sub arbore quiescat. Insolens: superbus. Sufficiat adornat. Cruor largus: non facit sacrificium more urbano de centum tauris ad fastum: sed pura mente. Fruge sacra: idest mola: solebant romani farina & sale & mero facere pultem quam molã appellarunt: & sacrificaturi uergebant inter cornua uictime. Sũmittunt: præbent cultro. Vacuo libero ubi non impeditur. Innocuus: innocens qui nulli nocet. Errat: discurrit sine custodia: ut inquit Oratius: integer uitæ sceleriscq; purus: non eget iaculis mauris: nec arcu scrophæ sagitta. Callidas: astutas. Fessus: quando est fatigatus uenationibus uenit ad aliquem fontem ubi se refrigerat. Niueo: iliso: alba aqua ilisi fluuii in agro thebano. Alphei: fluuius est helydis ciuitatis archadiæ iuxta pisani decurrens: qui longo tandem cursu in achaia demergitur & ibi a terra absorptus atq; subter mare defluens ex græcia in fontem arethusam apud syracusam in sicilia se attollit & inde in mare siculum cadit. unde Virgilius libro tertio æneidorum ait. Alpheum fama est huc elidis amnem. Occultas egisse uias subter mare qui nunc ore arethusa tuo siculis cõfunditur undis. Metatur: est metari eligere locum ad habitandum: ut dicimus imperatores metari castra metiri est mensurare & ponitur pro transire: nam qui transit uidetur metiri. Lerna: palus est argiuoq; ubi interfecit hercules ydrani. Vado: aqua: ubi non est altum profundum. Sedẽq; nunq̃ est in uno loco sed quo uult uadit. Pressisse: calcare. Amnis uagi: fluui currẽtis. Cespite: terra uirenti herbis. Nudo: sine lecto & stragula. Leues: citoucniẽtes. Poma: qñ famescit non opus est ut uadat in foꝝ: sed in siluas ubi reperit poma. Cõpescũ: restringunt. Fragra: fructus coloris rubei nascentes propæ terram. Peruiis dumetis passim per oia dumeta: dumus dicit spina inde dumetũ: ubi multæ spinæ: sicut lauretum ubi multæ sunt laurus. Luxus regios: magnos apparatus. Impetus: uoluntas cum habeã tantã facilitatẽ uiuendi: non est mihi aĩus suscipere miseram conditionẽ regum. Sollicito: anxio non quod aurum sit anxium sed ipsi reges qui bibunt aũro timent uenenum. Nuda manu: sine aliquo poculo: nos qui sumus rure bibimus in fluminibus hauriendo aquam manibus.

DAN. ¶ Caue legas elisos: sed ilisso: ut plato Ply. Strabo ptolemeus & mela meminere: etiã Papi. i ulti. thebaidos.

Rituſq; melius uita quæ priſcos colat:
Q uã quæ relictis mœnibus ſiluas amat
Non illum auaræ mẽtis inflãmat furor
Q ui ſe dicauit montiũ inſontem iugis.
Non aura populi & iuidũ uulgus bonis.
Non peſtilens inuidia: nõ fragilis fauor
Non ille regno ſeruit: ac regno imminet
Vanoſq; honores ſequit aut fluxas opes.
Spei metuſq; liber haud illum niger:
Edaxq; liuor dente degeneri petit.
Nec ſcelera populos atq; inter urbes ſita
Nouit: nec omnes cõſci ſtrepitus pauet
Aut uerba fingit mille: aut quærit tegi.
Diues colũnis: nec trabes multo inſoles
Suffigit auro. non cruor largus pias
Inundat aras: fruge nec ſparſi ſacra
Centena niuei colla ſummittunt boues
Sed rure uacuo potitur & aperto æthere
Innocuus erat: calidas tantum ferís
Struxiſſe fraudes nouit: & feſſus graui
Labore niueo corpus iliſo fouet.
Nunc ille ripam celeris alphei legit.
Nunc nemoris alti denſa metatur loca:
Vbi lerna puro gelida perlucet uado.
Sedẽq; mutat: hic aues querulæ fremunt
Ramiq; uentis lene percuſſi tremunt.
Vetereſq; fagi: iuuat amnis uagi
Preſſiſſe ripas: ceſpite aut nudo leues
Duxiſſe ſomnos: ſiue fons largus citas
Defundit undas: ſiue per flores nouos
Fugiente murmurat riuo ſonus.
Excuſſa ſiluis poma compeſcunt famẽ:
Et fraga peruiis pulſa dumetis cibos
Faciles miniſtrant: regios luxus procul
Eſt impetus fugiſſe: ſolicito bibunt

¶ Captaſſe

¶ Captasse:hausisse. Non in recessu:hyppolitus adiungit aliud quod in uili domo rustica nõ sunt tot libi BER.
dines quẽadmodũ in urbe:ꝓpterea melius esse ibi ducere unam. Furta:ſupra. Improbus:incontinens.
Obscuro cubili:uili thalamo. Multiplici domo:ubi multæ sunt mansiones.uadunt ad domos nobilium
ibiq; licet timeant:abscondunt se ut ociosas matronas uiolent. Ethera ac lucẽ pętit:qui rure uiuit oĩa in aper
to habet cum sit innocens. Hoc æquidem:puto talẽ fuisse uitã eoꝝ qui dicunt fuisse in ætate aurea. Pro-
fudit:genuit mixtos uel semideos:uel quia dii secũ uiuebant. Cæcus cupido:auaritia quæ nõ uidet rectũ.

Auro superbi:quam iuuat nuda manu
Captasse fontem.si celer somnus premit
Secura duro membra uersantur thoro.
Non in recessu furta & obscuro improbus
Querit cubili:seq; mutiplici timens
Domo recondit: ætherea ac lucem petit:
Et teste cœlo uiuit:hoc æquidem reor
Vixisse ritu:prima quos mixtos deis
Profudit ætas:nullis his auri fuit
Cæcus cupido:nullus in campo sacer
Diuisit agros arbiter populis lapis.
Nondum secabant credulæ pontũ rates.
Sua quisq; norat maria: nõ uasto aggere
Crebraq; turre cinxerant urbes lacus.
Non arma seua miles aptabat manu.
Non torta clausas fregerat saxo graui
Balista portas:iussa nec dominum pati
Iuncto ferebat terra seruitium boue.
Sed arua per se fœta poscentes nihil
Pauere gentes:silua natiuas opes
Et opaca dederant antra natiuas domos.
Rupere fœdus impius lucri furor:
Et ira præceps quæ succensas agit
Libido mentes:uenit imperii sitis
Gruentum facinus:præda maiori minor:
Pro iure uires esse tum primum manu
Bellare nuda:saxaq; & ramos rudes
Vertere in arma:non erat gracili leuis
Armata ferro cornus:aut longo latus
Mucrone cingens ensis:aut triste caput
Galeæ comantes:tella faciebat dolor.
Inuenit artes bellicus mauros nouas.
Et mille formas mortis hinc terras cruor
Infecit omnes fusus:& rubuit mare.
Tũ scelera dẽpto fine per cunctas domos
Iere:nullum caruit exemplo nefas
A fratre frater:dextera nati parens
Cecidit:maritus coniugis ferro iacet:
Perimuntq; fœtus impiæ matres suos:
Taceo nouercas:mitius nil est feris.

Lapis:arbiter:sacer: terminus qui erat tanq; iudex de fi-
nibus sacer & iuiolatus:nullus erat illa ætate cũ oĩa cẽnt
cõmunia. Credule rates:non ipse:sed qui se cõmittunt
nauib9 creduli sunt:cum posse euitare omnia pericula cre
dunt. Secabant:nauigabant. Aggere:solent urbes cin-
gi aggere & fossa:unde dicit lacus. Balista:pro tormẽto
concutiente muros accipiẽ:ut Oui. Quã graue balistæ
mœnia pulsat onus.tunc ea ætate nõ erant inuenta istru
menta ad euertendũ urbes. Iussa:neq; etiã inuent9 erat
modus arandi:sed terra sponte oĩa ferebat. Fœta:plena
fructibus. Poscẽtes:nihil pętebant arando nec seminan-
do. Opaca:antra spelũcæ umbrosæ:nõ ædificabãt sibi do-
mos:sed habitabant antra. Rupere:cum esset tanta secu
ritas & quies:ecce demonstrat causam omnium maloꝝ.
Fœdus:pacẽ. Furor:ĩmensa cupiditas habẽdi. Succen
sas:inflãmatas. Præda qui erãt diuites:uolebant præda-
ri minores. Vires esse:pro erant:nam ius erat in armis.
Bellare:ꝓ bellabãt nuda manu sine armis. Rudes:nõ
dolatos. Cornus leuis:fugax sagitta quæ fiebat de cor-
nu arbore. Ferro gracili:spiculo acuto. Mucrone dici-
tur ipsa hasta ensis & ferrũ:ensis autem est totus manu-
brium & ferrum. Galeæ comãtes:nõ erant galeæ in qui
bus solemus ponere caudas æquinas uel pẽnas. Dolor
quãdo erat unus iratus accipiebat quicqd uenibat ad ma-
num. Dempto fine:sine ullo fine. Mitius est nil feris:
ut Plynius in prohœmio septimi non feritas leonũ pętit
leones nec morsus serpentum pętiit serpentem sed ab ho-
mine homini multa sunt mala.

¶ Non in recessu: Castissimus hyppolitus cõmendans DAN.
siluestrem & eremiticam uitam ut fœlicissimam ut puris
simam ut cœlestibus delitiis clarissimoq; angeloꝝ comi-
tatu ornatissime:docet quantum premii & donatiui præ
stet inocentia & cœlibatus homini contra seculares & tar
tareas titillatioues cõstanter decertanti cõtra uero: quot
miserias:quot mala:quot dolores:secũ trahat fluxa & do-
losa frequentioris consuetudinis uoluptas:de quare pul-
chre meminit Hieronymus sanctus ad Eustochium:Sta-
dium est hæc uita mortalibus hic cõtendimus:ut alibi co
ronemur.nemo inter serpentes & scorpiones securus in
gredit & tu pacẽ arbitraris in terra quæ generat tribu-
los & spinas:nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ: sed
aduersus principatus & potestates huius mũdi magnis
inimicoꝝ circundamur agminibus.hostium plena sunt
omnia.cura fragilis & cinis futura post modicũ pugnat
cũ pluribus. ꝓpterea Homerus primos homines a uirgi
nitate cõmẽdat ĩ syluis uersantes qui primũ nati sunt ex
roboribus. Saxa.Lucretius.Arma antiqua manus un-
gues dentesq; fuere. Et mille formas mortis:post priscã
illam simplicitatem inuentæ sunt mille ad mortem uiæ.
hinc hesiodus eleganter. αλλα δε μυρια λυγραταν θρ-
ωπους αλαληται πλειηπλεν γαργαι κακων . πλειη δε
θαλασσα. νουσοι δ ανθρωποισι εφημερη δ εσι νυ
κτι. Sed dux maloꝝ:esca diaboli est fœmina dicit Hiero.
Sustulit operculũ uasi proruperunt mala omnia in hois
perniciẽ fœmina q̃ diꝝ sit aĩal disce ab Hesiodo & Home.

αλλα ςυνηγειρε ϑιωϑου μεγα μωμαφε λουσα εσκι ϑαχ ανθρωποισι ϑεμησατοκη ϑεαλυγρα. &cæ. ω μο μοιν μαλα ϑιγονον ατρεοσ ευρυομα ξενσ εκμαγλαωσ εχθηρε γυναικειασ ϑ βρυλασ & ſophocles eminentiſſimus in electra αισχροισ γαρ αισχραμραγ ματεκ ϑι ϑασκεται. & apud Euripidem idem hyppolitus deteſtatur fœminam his uerbis: O iuppiter q̃ magnum malũ eſt fœmina o iuppiter magnum malum ſuſcitaſti ad lucem ſolis perdere per fœminam hominẽ quẽ per fœminam genuiſti. οσ γυυηκακον μεγα. ω ξευ τι ϑικβ ϑιλον ανθρωποισ κακον γυναικασ εισ φωσ ηλιον κατωκισασ. ει γαρβροτεον ηθελεσ σμειρε γενοσ ουκεκ γυναικων χρην μαρασχεσθαι τοδε.

BER. ¶ Fœmina: omnia mala fiunt per fœminas uide quod bella ſuſcepta ſunt & quot urbes pœnitus deſolatæ propter eas. Artifex: inuentrix ſceleris. Præmunt: tenent: quare illic ſepulti ſunt. Medea: prætereo oẽs alias mulieres. reſpiciens unam medeam quæ factis tot ſceleribus interemptis filiis & Iaſone au fugit athenas: ibiq; nupſit egeo patri theſei. Gur: reſpondet nutrix oẽs fœminas non debere dici ſceleratas: cum uideat paucas malas.

Deteſtor: habeo odio omnes: ueniat quæcunq; cauſa uelit: potius erit poſſibile iungere ignes aquis: & tollere pericula ſyrtis: & mutare orientem & occidentem de ſtatu ſuo: & iungas damas lupis: q̃ poſſim amare fœminas.

Thetis: pro mari ponitur: potius ſol orietur a mari occidentali. Heſperiæ: hiſpaniæ: heſperus ſtella in occidente poſt occaſum ſolis. Attollet: eleuabit naſcentem diẽ ſolem lucentem. Regna materna. ſi uis uidere potentiã amoris q etiam duros domuit: habe exemplum amazonum. Teſtaris. præſtas teſtimonium amoris: quia ex illis duris & uiduis mulieribus genitus es quæ etiã amauerunt. Solamen: diis gratias habeo: quod fecerunt mori matrem meam quam oportebat amare: nunc uero poſſum dicere me oẽs habere odio. Vt dura: uidens nutrix hyppolitũ obſtinatum: illũ deſerit p̃cibus & ſecum loquitur qđ ille durior eſt ſaxo qđ nunq̃ mouet ipetu fluctus.

Vnde nõ eẽt tentãdũ de ſtupro phœdræ: & dũ loqueret uidet ipam phœdrã ueniẽtem q̃ nõ poterat expectare reſpõſum nutricis: ſed dũ appropinq̃ret hyppolito cecidit ſeminaminis: eãq; hypolitus leuauit: loq̃nte ipſa nutrice.

Attollite. ſ. phœdrã: & eſt itelligẽdũ q; ambo cucurrerũt ad leuandũ eam. Dimoue. i. alloquere hyppolitũ q tenet te. Alũna. ſ. o phœdra. Tuus: quẽ tantopere amas.



Vis me leuans ſenſim ſeipam phœdra loquit melius eẽt ut nõ ſentirẽ: & ita remanerẽ mortua qa nullũ dolorẽ hrez. Æſt? fluctuatiões amoris. Mihi. i. a me erã alie nata. Cur: iterũ uiſo hyppolito uidebat uelle cadere unde ſeipſam exhortat. Animæ. ſ. mi qd uis itez diſcedere a me. Audi: habeas audientiã. Tenta: experiaris. Perage: perfice. Mandatũ: quod mãdaueras nutrici ut tentaret hyppolitũ. Magna pars: nõ eſt erubeſcẽdũ: q̃re amore in eo iã ſcelus eſt patefactũ.

DAN. ¶ Medea: omnia theatra proclamant cõtra medeã: nulla eſt ſcæna quæ uacet monſtroſis Medeæ cædibus: uincit omnem duriciem tragicã imaniſſimum Medeæ facinus. pudica eſt helena: fidelis clytẽneſtra: miſericordes belides: lẽniades piæ: & quæuis alia ſuſpecti nominis fœmina pba cenſenda eſt præ colchide medea: quæ patrẽ pdidit: fratrem ſecuit: filios trucidauit: glaucem conſumpſit. Creontis regiam conflagrauit: peliã peremit: uenena miſcuit. Thetys: ultimo. i. aſpirandum eſt ſequente. y. Orpheus. και τηθυοσ εσχατον υδαρ. filia cœli & ueſtæ Oceani uxor. Ouidius: Duxerat oceanus quondã titanida tethym: per metonymiam ponit pro elemẽto cui præſidet. Sed phœdra: paraſceue ſequens dialogi ubi ſeipſam ab egreſſu reuocans ingemit tandem ipſum hyppolitum nititur in ſuos amores pellicere.

Orpheus

Sed dux malorũ fœmina & ſcelerũ artifex
Obſedit animos: cuius inceſtæ ſtupris
Fumãt tot urbes. bella tot gentes gerunt.
Euerſa ab imo regna tot populos p̃munt
Sileantur aliæ ſola coniunx ægi
Medea redit fœminarum dirum genus
Nu. Cur oĩum fit culpa paucarum ſcelus
Hyp. Deteſtor oẽs. horreo fugio execror
Sic ratio: ſit natura. ſit durus furor.
Odiſſe placuit: ignibus iunges aquas
Et amica ratibus ante promittet uada
Incerta ſyrtis: ante ab extremo ſinu
Heſperiæ tethis lucidum attollet diem
Et ora dãmis blanda præbebunt lupi:
Q uã uictus animũ fœminæ mitẽ gerã
Nu. Sæpe obſtinatis ĩduit frenos amor
Et odia mutat: regna materna aſpice:
Illæ feroces ſentiunt ueneris iugum.
Teſtaris iſtud unicus genitus puer
Hyp. Solamen unum matris amiſſe fero
Odiſſe quidẽ iam fœminas omnes licet.
Nu. Vt dura cautes undiq; intractabilis
Reſiſtit undis: & laceſſentes aquas
Longe remittit: uerba ſic ſpernit mea.
Sed phœdra p̃ceps gradit ipatiẽs amoris
Q uo ſe dabit fortũa: quo ſe uerget furor
Repente terræ corpus exanimum cadit.
Et ora morti ſimilis obduxit color.
Attolle uultus: dimoue uocis moras.
Tuus en alũna temet hyppolitus tenet.

Phœdra Hyppolitus Nutrix. Phœdra loquitur.

Viſ me dolori reddit atq; eſt? grares
q Reponit aĩo: bene excideram mihi
Cur dulce mun? reditæ lucis fugis
Audi aĩe: tẽta: perage mandatum tuum
Intrepida cõſtãt uerba qui timide rogat
Docet negare: magna pars ſceleris mei
Olim peracta eſt: ferus eſt nobis pudor.
Amauimus nefanda: ſi cœpta exequor

Forſan

¶ Face iugali: matrimonio & occurrit obiectioni quia posset dicere aliquis si amauisti non cõmisisti adhuc BER. nefandũ scelus si habebis rem cũ hyppolito forte ex illo concipies & crimen tuũ fiet palã. respondet ipsa dicã q̃ pẽperi ex uiro meo theseo: uel cum theseus sit apud inferos potero eum hyppolitũ hr̃e in maritũ. Successus: bonus euentus. Incipe: cum deliberasset loqui uocat hyppolitum secreto. Secretus: separatus ab aliis. Arbitrio: auscultatore arbiter iudex inter duos interdũ presens ad aliquid audiendũ unde dicitur: remotis arbitris. Sed ora uel loqui & non possum. Ceptis: in animo meo conceptis. s. pudoris tenet uocẽ. Quod uolo: iuro q̃ non facio libenter id quod dico sed uicta secundo amori. Cure: leues uides hyppolite quando quis habet dolorem non magnũ loquitur & conqueritur: sed cũ habet ingentẽ stupẽscit & fit attonitus quare tunc sanguis desertus fugit ad præcordia in magno dolore. Mater: hyppolitus appellat matrem ut confidat loqui. Matris: dicit phœdra se nolle appellari tam superbo nomine matris: sed uult esse ancilla & subdita. Affectus. amores. Cuncter: tardabo. Mandata: quæ commisit mihi pater tuus. Sinu receptam: quando quis suscipit causam. Dicitur: amplexus est eausam sinu suo: ut defendat aliquã: sed ibi ad alium finẽ dicit. Viduæ: phœdræ priuatæ marito. Sũmus: dicit hyppolitus auertat deus hoc q̃ si uidua quare pater meus esset mortuus. Omen: augurium quod fit ore. Acturum: statim. Regni: respondet phœdra q̃ qui descendunt ad inferos nõ solent reuerti presertim theseus non dimittetur a plutone cũ illuc iuerit: ut raperet uxorem suam proserpinam. Tacite: quia ibi sunt animæ quæ non loquuntur. Relictos: quando semel sunt relicti ab anima. Remittet: quasi dicat non. Amori: placidis nisi factum illius excuset amore quod dictũ est hyronice. Celites: credo q̃ dii dabunt illi reditum ꝓpter uirtutem suã: sed dum erimus incerti de aduentu ipsius tuebor & fratres & te. Ospes: facit seneca hoc loqui hyppolutum ut possit ambigue intelligi misera phœdra ad alium finẽ crescit quã dicatur. Satis. s. quando dixit supplebo uices patris: & hæc tacite dixit. Agam: hoc faciam. Miserere: loquitur ad hyppolitum. Tacite mentis: intelige mẽtem meam licet non loquar quæ cupio cum me pudeat. Quod: in nouercam respondet phœdra est huiusmodi malum quod nunq̃ crederes cadere in nouercas quæ solent ꝓsequi odio priuignos & ego te ꝓdite amo. Perplexa: intricata & non clara: dicas aperte q̃ uelis. Pectus: phœdra aperit amorem suum.

¶ Me uel sororem: Soror aliquãdo est nomen cõsangui DAN.
neæ ut hypermestra ad linum alloquẽs. At tu: si qua piæ line est tibi cura sororis. Aliquando germanæ uterinæ ut anna soror interdũ ueneris & amoris est nomẽ: soror ut apud martialẽ in carmenionem cyuedum quare desine me uocare fratrem Ne te carmenion uocem sororem dicitur soror quod seorsum nascitur separaturq̃ ab ea domo in qua nata est & in aliam familiam transgreditur ut scribit labeo antistius testimonio gellii. Pindi iugis: pindus æmachiæ mons amœnus a cuius radicibus funditur pẽneus amnis. Mandata: mihi a patre: cuius ab inferis reditus est difficilis & dubius insanit homo qui se de rege famulum facit actutum cito. Nullam: ϖαλλα ναγρετοσ ουκεξιοιμοσαϖαιλ αομελειν ου. non reuertetur theseus impediente fatorum lege: & dite patre: & apud Ouidi. idem repetit. Tempore abest aberitq̃ diu neptunius heros Illum perithoi detinet ora sui. quid in nouercam sensus est malum quod uis credas de nouerca quam raro contigit priuignos amare nouercam dicunt græ. μητρυιαν. αλλοτε μυττρυιη ϖελειη μερη. αλλοτε ϖη μητηρ. hinc apud Gel. μια μητρυιν δυο μητερεσ.

Forsan iugali crimen abscondam face
Honesta quædam scelera successus facit
En incipe anime: cõmodes paulum p̃cor
Secretus aures: si quis est habeat comes
Hyp. En locus ab oĩ liber arbitrio uacat
Phe. Sed ora cœptis trãsitũ uerbis negãt
Vis uocem emittit & maior tenet
Vos testor oẽs celites hoc me nolle qd uo
Hyp. Aius ne cupiẽs aliqd effari neqt ¶ lo
Phe. Cure leues loquunt: ingẽtes stupẽt:
Hyp. Cõmitte curas auribꝰ mater meis:
Phe. Mr̃is supbũ nomẽ ẽ & nimiũ potẽs
Nostros humilius nomẽ affectus decet.
Me uel sororẽ hyppolite: ue famulã uoca
Famulamq̃ potius: omne seruitium ferã.
Non me per altas ire si iubeas niues
Pigeat gelatis ingredi indi iugis
Non si per ignes ire & infesta agmina.
Cuncter paratis ensibus pectus dare.
Mãdata recipe sceptra: me famulã accipe
Te imperia regere me docet iussa exequi
Muliebre non est regna tauri patris.
Tu qui iuuẽtæ flore primeuo uiges:
Ciues paterno fortis imperio rege.
Miserere uidue. Hyp. Sumꝰ hoc oẽ deus
Auertat: aderit sospes actuum parens:
Phe. regni tenacis dñs & tacite stygis
Nullam relictos fecit ad superos uiam
Thalami remittet ille raptorem sui
Nisi forte amori placidus & pluto sedet
Hyp. Illũ eqdẽ eq cælites reducẽ dabũt.
Sed dum tenebit uota incerto deus:
Pietate caros debita fratres colam:
Et te tuebor: esse ne uideam putes:
Ac tibi parentis ipse supplebo locum
Phe. O spes amãtũ credula: o fallax amor
Satis ne dixit precibus admotis agam:
Miserere: tacite mentis exaudi præceps
Libet loqui pigetq̃:
Hyp. Quidnã istud malum est:
Phe. q̃ nouercã cadere uix credas malũ
Hyp. Ambigua uoce uerba ꝓplexa iacis
Effare aperte. Phe. pectus insanũ uapor
Amorq̃ torret: intima sæuus uorat

BER. ¶ Trabes:dat similitudinem de arbore concaua quando intus est ignis. Amore:hyppolitus dissimulat intelligere sed illum amorem uertit ad theseum. Vultus:quales sunt tui quos ipse tulit quando uenit in cretam. Fila data ab Ariadne sorore mea:ut sciret regredi de labyrintho interfecto minotauro. Gnosi creten si:Gnoso ciuitas est cretæ. Quis tum:qualis pulcher ita describit eius formã. Fortes thori:pulpe & musculi brachioꝝ habebat brachia grossa & fortia. Tuæue phœbes:dianæ quam colis in eo erat uultus filis dianæ. Phœbi mei.s.aui mei:ita pulcher:ut phœbus. Tuusq;:imo uultus tuus est similis phœbo. In te:robustus decor quem habes a patre:& a matre amazona te magis uenustat. Ex æquo:æqualiter ut nihil muliebre habeas ab utroq; parente. Scythicus:quare amazones habuerunt originem a scythis. Rigor:seueritas & asperitas Ore graio:græco quia tu græc⁹ ex græco patre quæ mixtio facit tibi maximũ decorem. Si cum parente:quando pater tuus theseus uenit in cretã.si fuisses cum eo potius te amasset soror mea. Soror:ariadnæ q̃ dedit fila Theseo:ut sciret redire per ambiguas uias labyrinthi si uictoriam habuisset de minotauro. Te te:conduplicatio. Qua cũq;:nam de baccho locuta est in cœlo cum corona nouem stellis ornata de qua Ouid.in fastis plura dicit. Parem quia tu secuta es amorẽ thesei:ipsa autem hyppoliti filii eius. Vna domus.s.thesei. Te:ariadnem. Genitor:theseus. Natus:hyppolitus. En:uertẽs se ad hyppolitũ supplex tendit manus cum precibus dicẽs:miserere mei coacte ab amore ut tibi uni seruiam:cũ antea in nulla parte fuerim digna repræhẽsione:hodie finiam labores meos uel morte uel mihi obsequẽs eris. Proles:ergo filia regis minois:unde debes magis moueri. Certa:i hac intentione. O magne.hyppolitus audiẽs nefandã petitionẽ phædræ exclamans ad iouem rogat ut mittat fulmen.

Versa:ne uideant tam dirum scelus quod factum fuit in fabula thyestis:ut uidimus. Retorta:non procedentia secundum cursum suũ. Radiate titan:sol qui habet caput cinctum radiis sustinebit uidere nefas stirpis tuæ:idest neptis tuæ phœdræ. Merge:dicuntur sydera mergere se in occeano. Cur dextra:iterum dicit ad Iouem:quid cessas si nõ uis fulminare istam saltem fulmina me. Face.trisulca fulmine triangulari.

DAN. ¶ Pœnitus:in pœnitissimis ossibus hæret amor uenenũ est amor:& cæcus ignis repit & capit. Monstri gnosi:id est minotauri qui labyrintheo cõcidit in thalamo. Cum prima:cum tenera iam lanugine flaceserent male quod græci dicunt πιχνοσειν quo uerbo utitur sæpe appollonius. Tuæ phœbes:quemadmodum sol frater phœbus dicitur ita & diana soror phœbe quasi φωσιβηο nunquã enim flectitur senecta sed semp impuberes & flauo uultu horum alterum sequebatur in siluis hyppolitus alteꝝ referebat auctore generis phœdra ꝓpter circen deã æeã Hosti:idest ariadnæ filiæ minois hostis tui quin te monstro exponebat commendans hyppolitum a forma ostẽdit clam quid uelit ab eo impetrare oscula & coitũ. Te te:repetitio facta per epizeuxim ad effectũ uenereum ad causam paream. En supplex:pathos ab habitu & forma. O magne regnator:horruit hyppolitus adipudicas preces nouercæ & uociferabũdus iouem ad ruinã ætheris solẽ ad perpetuas tenebras lacessit:ut iuuenalis:Agunt superi magna ocia cœlo:quasi obdormiscant ad scelera mortalium postremo conuitiaꝫ nouercæ toruo & rigido uultu.

Penitus medullas:atq; per uenas meat
Viscеribus ignis mersus & uenis latens.
Vt agilis alta flamma percurrit trabes
Hyp. Amore nempe thesei casto furis
Phe. hyppolite sic est:thesei uultus amo
Illos priores quos tulit quondam puer.
Cum prima puras barba signaret genas.
Monstriq; cæcam gnosii uidit domum.
Et longa curua fila collegit uia:
Q uis tũ ille fulsit:presserant uitæ comã
Et ora flauus tenera tingebat rubor.
Ierant lacertis mollibus fortes thori
Tuæue phoebes uultus:aut phoebi mei
Tuusq; potius talis:en talis fuit
Cum placuit hosti.sic tulit celsum caput:
In te magis refulget incomptus decor
Et genitor in te toruus:& toruæ tamen
Pars aliqua mris miscet ex æquo decus:
In ore grato scythicus apparet rigor.
Si cum parente creticum intrasses fretũ
Tibi fila potius nostra neuisset soror:
Te te soror:quacũq; syderei poli
In parte fulges:inuoco ad causam parem
Domus sorores una corripuit duas
Te genito:at me natus:en supplex iacet.
Allapsa genibus regiæ proles domus:
Respersa nulla labe:& intacta innocens
Tibi mittor uni:certa descendi ad preces:
Finem hic dolori faciet aut uitæ dies.
Miſere amãtis.hy. o magne regnator deũ
Tam lẽtus audis scelera tam lẽtus uides:
Et quando sæua fulmen emittes manu?
Si nunc serenum est:ois impulsus ruat
Aether:& atris nubibus condat diem.
Ac uersa retro sydera obliquos agant
Retorta cursus:tuq; sydereum caput
Radiate titan:tu nefas stirpis tuæ
Speculare:lucẽ merge:& in tenebra fuge
Cur dextra diuũ rector atq; hoium uacat:
Tua:nec trisulca mundus ardescit face?
In me tona:in me fige:me uelox cremet
Trãsactus ignis:sum nocẽs:merui mori

¶ Transactus

¶ Transactus ignis:ipsum fulmen transmissum per pectus meum. Placui nouercæ:propter formam meam placui. Ego:habet emphasim: Solus:cum essent tot iuuenes delicati in urbe cum quibus poteras sperare stuprum & sic dirigit sermonem ad phœdram. Materia:dicitur circa quam quid componitur. Facilis:scilicet ad flectendum. Rigor:asperitas:quia nunquam flexi animum ad mulierem. Matre monstrifera: pasiphae quæ ex tauro peperit monstrum minotaurum:sed tu es peior:illa texit scelus suum tu uero facis aperte. Exhibuit:patefecit. Nota:& indicio partus. Biformis:qui erat medius taurus & medi⁹ homo:ideo non potuit celare. Ambiguus: minotaurus qui habebat duorum naturam. Arguit: probauit. BER.

Truci:taurino. Ille uenter: si quis non crederet te filiam pasiphaes:hoc satis demonstrat q̄ es monstruosa sicut illa fuit. Ter & quater:faciunt numerum septenarium qui ut scribit Macrobius perfectissimus habetur:uñ Virgi. terq; quaterq; beati. idest beatissimi. Prospero: facto fœlici morti:beati fuerunt illi qui occisi sunt a nouercis magis q̄ ego qui amor nefando amore. Inuideo: uoluissem habere talem nouercam quẽadmodum tu pater.

Colchide: medæa de colcho insula quæ fugiens ab iasone nupsit ægeo patri thesei priuignum & theseum uenerare uoluit: illud est maius nefas. Et ipa phœdra:reiicit crimen in amorẽ:dicens esse fatale suæ domus ut semper fugienda appetant. Procul:cum uellet illa tangere genua hyppoliti reiecit ipsam a se. In amplexus dum reiceret ipsam brachiis apertis furibunda currebat in eũ.

Ruit. de ipsa phœdra loquitur in tertia psona. Stringatur:euaginetur:melius est ut interficiam ipsam q̄ patiar talis amplexus. Exigat: sustineat. En impudicũ erant ante altaria dianæ:ideo hyppolitus tenens phœdram per capillos nudato gladio alloquitur dianam dicẽs sacrificaui tibi uictimas multociens quæ nõ cõuenie bant tantũ sicut hæc scelerata & impudica. Leua: sinistra impudicum: mulieris impudicæ. Contorto: implicato manibus meis. Architenens: diana dea uenationis quæ:tenes arcũ. Sanguis uictima. Nunc me: rogat phœdra mortem per manus hyppoliti. Compotem uoci:facis me habere quod cupiebam tecum concũbere saltẽ moriar saluo pudore. Abscede, negat illi mortem hyppolitus & iubet ut discedat: nec ore amplius eũ.

Contactus:quẽ tetigisti. Deserat:latus:scilicet meũ: non accingam amplius illum. Tanais: fluuius de quo supra. Meotis palus de qua similiter supra: hæc habet descensum in mare ponticũ hoc est euxinum:quæ erunt aquæ longinquæ quæ me contaminatũ contactu nouercæ lauare possint & expurgare. O syluæ: exclamat hyppolitus dicens:melius esse ducere uitã in syluis & inter feras ubi non sunt ista scelera. Deprehensa: nutrix non longe aberat cũ phœdra & hyppolitus talia agerent: unde dicit uideo hyppolitu3 noluisse consentire dñæ meæ: & culpam ipsius esse detectã: unde crimen est reiciendũ in ipm hyppolitũ cum fuerint in loco dubio:ubi nulli testes interfuerunt si primo clamemus oẽs credent hyppolitũ uoluisse stuprare nouercã. Deprehensa:detecta:deprehendi est in scelere inueniri ita ut non possit negari.

¶ Biformis:minotaurum hominem & bouẽ enixa est utero crimẽ onusq; suo. Tu uel per ignes:parata sum sustinere omnes incõmoditates:fretũ patiar & ignes quacunq; gressus tuleris te sequar eodem affectu adloquitur propertius cinthiam. Nil ego non patiar nunq̄ me iniuria mutat. Ferre ego formosam nullam onus esse puto: & in epistola ad eundem hyppolitum phœdra ipsa comes ueniã nec me salebrosa mouebunt saxa nec obliquo dente timendus aper. Proculipudicos:ne me ipudico atactu pollue scelerata faces hinc ego te iproba trucidabo ni parcas manibus. Arcitenens:dea:apostrophe ad deliam quam uocat arcitenentẽ sicut Homerus: παρθενον ιοχεαιρανομοτροφον απολλωνος. Deprehensa:perfida nutrix:proditrix lena impultrix maloꝝ artifex temeratissima ad omne scelus parandum hic machinatur cædẽ hyppoliti hic stupri reum hyppolitũ facit argumento stricti gladii: mihi iubet insurgere merito in hanc prædictam canẽ uerbis Ouidii contra lenam Dii tibi dent, o nutrix le- DAN.

Placui nouercæ:dignus an stupris ego?
Sceleriq; tanto uisus ego solus tibi
Materia facilis:hoc meus meruit rigor?
O scelere uincens ome fœmineũ genus
O maius ausa matre monstrifera malum:
Genitrix peior:illa se tantum stupro
Contaminauit:& tamen tacitum diu
Crimen biformis partus exhibuit nota:
Sceluſq; matris arguit uultu truci
Ambiguus infans:ille te uenter tulit.
O ter quaterq; prospero fato dati
Quos ausit & peremit:& lœto dedit
Odium doluſq; genitor inuideo tibi.
Colchide nouerca mai⁹ hoc:mai⁹ malũ est
Phe. Et ipa nostræ fata cognosco domus
Fugiẽda petimus:sed mei nõ sum potẽs.
Te uel per ignes per mare insanũ sequar:
Rupesq; & ãnes:unda quos torrẽs rapit
Quacũq; gressus tuleris ac amẽs sequar
Iterũ superbe genibus aduuoluor tuis:
Hi ꝓcul ipudicos corpore a casto ãmoue
Tactus quid hoc est & in amplexus ruit.
Stringatur ensis:merita supplicia exigat.
En impudicum crine contorto caput
Leua reflexi iustior nunquam facis
Datus tuis est sanguis:arcitenens dea
Phe. hyppolite nũc me cõpotẽ uoti facis:
Sanas furẽtem maius hoc uoto meo est
Saluo ut pudore manibus imoriar tuis
Hyp. Abscede uiue ne quid exores:& hic
Contactus ensis deserat castum latus
Quis euellet me tanais:aut q̄ barbaris
Meotis undis pontico incumbens mari
Non ipse toto magnus occeano pater
Tantum expiarit sceleris o syluæ: o feræ:
Nu. deꝑhẽsa culpa ẽ aĩe qd segnis stupes

BER. na:dii dent nulloſque lares in opemque ſenectam & longas hyemes perpetuamque ſitim.

¶ Regeramus:retro geramus ideſt reiiciamus crimen in hyppolitum. Vltro:primo & ſponte. Arguamus accuſemus uenerem ſtuprum tentatum. Scelere:ſi uolumus occultare noſtrum ſcelus opus eſt ut faciamus aliud. Tutiſſimum:facit ſimilitudinem ſicut ille qui timet ſi fingat ſe audacem interdum uadit ſecurus ſi erimus primæ quæ accuſemus creditur nobis. Ferre gradum:inuadere primo hoſtem. Secreta:cum nullus ſciat hoc factum.& facta iſta deliberatione incipit clamare. Adeſte athenæ:uenite athenienſes ad fauorem noſtrum:& uos famuli ferte opem regine:hyppolitus raptor ſtupri:ideſt ſtuprator. Præmit:urget ipſam. Intentat:minatur mortem niſi uelit ſibi morigera eſſe. En:demonſtrat illum ueriſſimo argumento q̃ fugiat relicto enſe. Pignus:ideſt probationem habemus iſtum gladium ut credat nobis. Hanc:mœſtam intelligendum eſt q̃ uenerat turba cui nutrix dicit recreate reginam attonitam:& linquite crines ſparſos ut ſunt ut aperte omnes uideant hyppolitum intuliſſe manum illi.

Notas:ſigna. Recipe modo uertit ſermonem ad ſuam phœdram dicens:ſcio q̃ es attonita:ſatis eſt q̃ es pudica:& habes mentem bonã quæ nõ poteſt uiolari neq; per di.

Fugis:phœdra fugiebat propter uerecundiam:ſed nutrix aſtuta uertit in aliam partem. Mens:intentio. Nõ caſus:propter caſum non dicitur impudica niſi animus conſenſerit.

FVgit inſane:introducitur chorus uidens hyppolicum fugientem in ſiluas & dolet quod cognoſcit eũ falſo accuſari:unde laudans pulchritudinem eius perſuadet illi ne habitando ſiluas florẽ ſuæ ætatis perdat qui cito eſt periturus.uerſus eſt ſaphicus:ut in hercule furẽte natus euriſteus. Fugit:ſcilicet hyppolitus. Choro glomerante:uento meridionali cogente & denſante nubes.

Flamma uelocior q̃ ſit flamma quãdo de cœlo ſtellæ uidentur cadere. Agitata:addit rationem naturalem:quia eſt uapor eleuatus ita a uentis inflammatus. Conferat:comparet modo uertit ſermonem ad hyppolitũ laudando illius pulchritudinẽ:iactet antiquitas omnes ſuas formas non erit ulla quæ hyppolito comparari poſſit. Clarior:comparatio:quando luna completis cornibus cæteras ſtellas ſuo ſplendore uincit ita tu omnium formas ſuperas. Orbe pleno:rotunditate perfecta. Ignes:ſplendorem. Coeunte:coniungente ſe.Properante:qd̃ luna inferior habet breuiorem circulum.ideo ſingulis menſibus complet curſum ſuum. Pernox:apparens per totã noctem.Exerit.emittit. Phœbe:luna. Lotus:quare uidetur exire de oceano. Pulſis:de mane & tũc lucifer appellat̃ idem qui nocte heſperus. Liber:bacchus cõparat ipſum baccho quando uenit de india & uſum uini dedit.

Thyrſigera:quæ portat tyrſum in honorem ſacrorũ eſt quod mutatur uerſus & eſt aſclepiadus.

DAN. ¶ Fugit inſanæ Quintum carmẽ hyppoliti:cuius initium ſcribitur metro ſapphico & adonico:mediũ aſclepiadeo uel coriambico & tu tyrſigera & cætera,finis uero trimetro iambico. Quis fuit:cõfertur fuga hyppoliti iſano turbini.morum pulchritudo eius cõmendatur:poſtremo narratur theſeiab inferis reditus:loquit̃ chorus & hortatur ad luſus & uenerem. Procellæ procella proprie nubes rupta & in pronum ſoluat quam græci ΤΗΥΕΚΝΕΦΙΑΔΑ. cadit præceps & uehemens acriſq; & plurimo cum labore:accipitur pro æſtu maris non nunq̃:unde ꝓcelloſum mare Ocior curſum:fluxit uelociter fulgetra & uapore igneo i aere nubilo coruſcante dicim⁹.aut in æſtiua nocte ꝑterfugiẽte iaculo flãmeo iter ipſas ſtellas quã cõparationẽ uidet̃ Seneca de illuſtria ab appollonio accepiſſe ubi filii boreæ iſectant̃ harpyas ΗΥΤΑΕΛΛΑΙΑΔΕ ΥΚΕΕΣΥΣΕΡΟΨΑΙ ΨΣ ΑΨΡΟΦΑΤΟΙ ΝΕΦΕΩΝ ΕΞΑΛ ΜΕΝΑΙ Ε ΔΕΥΟΝΤΟ. Qualis eſt primas nitet facies tua qua nitet heſperi⁹ idẽ lucifer ſtella ueneris præ nitore inter alias ſingulari & pulcherrimo.hãc itẽ parabolã cõmodato accepit ab appollonio q̃ cõparat pollucẽ pugnãtẽ cũ amico ſtelle ueſpertiæ ΟΛΟΥΡΑΝΙΟΣΑΤΑΛΑΥΤΟΓΑΖΕΡΙΤΥΝΔΑΡΙΔΗΣ. ΟΥΨΕΡ ΚΑΛΛΙΖΑΙ ΕΑ ΔΙ ΕΣΨΕ ΡΙΗΝ ΔΙΑΝΥΚΤΑΦΑΕΙΝΟΜΕΝΟΥ ΑΨΑΡΥΓΑΙ. Et thyrſigera:bacchus puer gerit capite gemella

Regeramus ipſe crimen:atq; ultro impiã
Venerẽ arguam⁹:ſcelere uelãdũ eſt ſcelus
Tutiſſimum eſt iferre cũ timeas gradum
Auſæ priores ſimus:an paſſe nefas
Secreta cum ſit culpa:quis teſtis ſciet:
Adeſt athenæ:fida famulorum manus
Fer opẽ nefandi raptor hyppolit⁹ ſtupri
Inſtat præmitq;:mortis intentat metum:
Ferro pudicam terret:preceps abit.
Enſemq; trepida:liquit attonitus fuga:
Pignus tenemus ſceleris:hãc mœſtã pri⁹
Recreatæ.crinis tactus.& laceræ comæ
Vt ſunt remaneat.facinoris tanti notas
Refer te in urbem.recipe iam ſenſus hera
Quid te ipſã laceraſ aſpectũ oĩum fugis.
Mens impudicam facere non caſus ſolet.

Chorus loquitur.

Vgit inſane ſimilis procelle.
f Ocior nubes glomerante choro.
Ocior curſum rapiente flamma
Stella cum uentis agitata longos
Corripit ignes.
Conferat tecum decus omne priſcum
Fama miratrix ſenioris æui.
Pulchrior tanto tua forma licet.
Clarior quanto micat orbe pleno.
Cum ſuos ignes coeunte cornu
Iunxit & curru properante pernox.
Exerit uultus rubicunda phœbe.
Nec tenent ſtellæ faciem minores.
Qualis eſt primas referens tenebras.
Nuncius noctis.modo lotus undis
Heſperus.pulſus iterum tenebris.
Lucifer idem
Et thyrſigera liber ab india.

Intonſa iuuenis perpetuum coma:
Tygres pampinea cuſpide territans:
Ac mitra cohibens cornigerum caput:
Non uinces rigidas hyppoliti comas:
Nec uultus nimium ſuſpicans tuos:
Omnes per populos fabula diſtulit:
Phœdræ quem bromio prætulerit ſoror
Anceps forma bonum mortalibus:
Exigui donum breue temporis:
Vt uelox celeri pede laberis.
Non ſic uere nouo prata decentia.
Aeſtas calida diſpoliat uapor.
Sæuit ſolſtitio cum medius dies
Sed noctem breuibus præcipitat rotis
Langueſcunt folio lilia palido:
Et gratæ capiti deficiunt roſæ
Vt fulgor teneris qui radiat genis.
Momento rapitur:nullaq; non dies
Formoſi ſpolium corporis abſtulit.
Res eſt forma fugax:quis ſapiẽs bono
Confidat fragili:dum licet utere:
Tempus ſed tacitum ſubruet:horaq;
Semper præterita deterior ſubit.
Quid deſerta petis:tutior auiis
Non eſt forma locis.te nemore abditũ:
Cum titan medium conſtituit diem:
Cinget turba licens
Naiades improbæ formoſos ſolitæ
Claudere fontibus.
Et ſomnis facient inſidias tuis
Laſciuæ nemorum deæ
Montiuagi ue panes.
Aut te ſtellifero deſpiciens polo.
Sydus poſt ueteres arcadas editum
Currus non poterit flectere candidos
Et nuper rubuit:nullaq; lucidis
Nubes ſordidior uultibus obſtitit.
At nos ſolliciti lumine turbido
Tractam theſſalicis carminibus rati
Tinnitus dedimus tu fueras labor:
Et tu cauſa more:te dea noctium
Dum ſpectat celeres ſuſtinuit uias:
Vexent hanc faciem frigora partis:
Hæc ſolem facies rarius appetat.
Lucebit pario marmore clarius.
Quam grata eſt facies torua uiriliter.
Et pondus ueteris triſte ſupercili.

pite gemella corniculo qualia heduli lactẽtis & mitra cingitur intonſas comas q uinũ coloret genas & in ſuperbiã erigat dantur intonſæ comæ phœbo & libero q utriuſq; numinis eadẽ ſit uirtus: ut ſcribit theodoſius ouidius ad amicam:Formoſæ periere comæ quas pulcher appollo. quas uellet capiti bacchus ineſſe ſuo.

¶ Perpetuum:quare ſemp iuuenis & comatus. Tigres qui dicunt iũcti currui bacchi. Pampinea:plena pampinis uitium. Mitra:qua lydi utebant. Cornigerũ:pingebatur bacchus cũ cornubus. Ouidius. Accedant:capiti cornua bacchus eris. Cohibens:ligans. Rigidas:incultas. BER.

Nec uultus:cõparat etiam ipm hyppolitum theſeo pri cui⁹ formoſiſſimi amore capta fuit ariadne qñ iui in cretam. Tuos ad theſeum loquit per circuitionem. Soror phœdræ.i.ariadnæ. Prætulerit:ppoſuerit quare magis illum amabat. Bromio.i.baccho cui ipſa ariadnæ relicta a theſeo in chio inſula poſtea nupſit baccho. Sũſcipias:admireris. Famula:rumor omniũ diſperſus. Anceps forma:exhortãs hyppolitum ut forma ſua uti uelit: eius fragilitatem & breuitatẽ demõſtrat. Anceps:incertum laboris:o forma tu cito fugis. Vt pro q̃tũ & hic eſt uerſus anapeſtic⁹ anceps forma. Nõ ſic:uerſus aſclepiadeus:facit ſilitudinem pulchritudinis fugiẽtis. Dicenti: pulchra. Solſtitio.ſ.æſtiuali qñ ſol eſt in cãcro. & tũc ſol incipit recedere quare natura cancri eſt recedere. Rotis: curſu. Præcipitat:accelerat. Langueſcũt deficiũt & marceſcunt:Grate:quare ex illis fiunt coronamẽta. Vt:quẽadmodum. Fulgor:pulchritudo. Momento:minima pte tpis. Nulla non.i.quælibet dies ſi negatio p̃cederet diceret aliqua dies. Abſtulit:continue diminuitur pulchritudo:ideo quælibet dies aliquid aufert pulchritudinis noſtræ. Spolium:p̃dam & priuationẽ. Tacitum. tp̃s quod fugit nobis nõ ſentiẽtibus. ſic Oui. tacitiſq; ſeneſcimus annis. Subruet:deſtruet. Subit:ſequit & ſuccedit & ſemp facit deteriores. Quid deſerta: hyppolite. qd petis ſiluas. non eſt ibi ẽt forma tua: ſunt multæ nymphæ quæ te ſolicitare poſſunt. Auiis:ſecretis ubi nõ eſt uia trita. Cõſtituit titan qñ ſol firmauerit & fecerit mediu; diẽ ibis ad umbras ubi te nymphæ cõplecti poterũt.

Turba licẽs: licẽtioſa turba nymphaꝝ appoſitiue naiades. Solite:claudere trahere ad fontes ſuos ſicut fecerũt hylã & narciſum. Deæ nemoꝝ.ſ.dryades. Panes mõtiuagi:dei paſtoꝝ habitãtes mõtes. Aut te: diximus quẽadmodũ materia tragœdiæ eſt grauis tñ in choro dat licẽtia laſciuiẽdi. dicit igit qd luna ẽt capiet amore ipſius: & deſcẽdet ad eũ quẽadmodũ ad endimionẽ & qd hoc fit uerũ p̃bat dicẽs ſupioribus dieb⁹ uiſa eſt luna rubea putabatur q incãtationibus theſſalicis laborare & ut ſuccurreret illi ne audiret illas incantationes pulſabant tympana ſed illa nõ erat cauſa ſed tu quẽ ipſa ſequebat unde uolẽs dicere lunam dicit. Sidus editum:poſt archadas qui populi ſunt in peloponeſo. antiquiſſimi omniũ hic ſe iactabant natos prius q̃ luna. Editum:natum. Sidus:luna. Rati:qui putauimus. Tinitus:ſonos tympanoꝝ & clypeorum. Tu labor:tu eras cauſa illius laboris & ruboris lunæ. Moræ:tardationis:quare uidebat herere. De:luna.

Suſtinuit:retinuit & firmauit. Celeres: q̃ breuis p̃ſicit curſum citius cæteris planetis. Vexãt:deſtruũt. Parcius:minus. Appetas:erat ad ſolẽ: ut diutius ſeruet pulchritudinem tuam Pario: candidiſſimo marmore. paros inſula inter cycladas in mari ægeo. Quam grata:admiratiue. Põdus triſte:grauitas auſtera. Supcilia rõne uerſus pro ſupcilii & capit ſupciliũ pro pilis:q̃ in eminẽtia oculi ſunt: ibiq; grauitas hoĩs cognoſcitur.

DAN. ¶ Archadas ueteres: scribit Plutarchus ueteris fuisse consuetudinis apud archadas in sinistro calciamento fetri lunam qđ sequẽtibus multo post annis romani patricii tm receperũt. creditũ est eos ante lunares extitisse quos græci uocant τοισπροσεληναs extra robora annosa primũ nati sunt unde homerus ουλεντοσ εξιναπολιοσ ουλατο πετρησ τωφαριλεμεναιτε παρθενοσηιφεοσ τε. Ouidius & maro idẽ cecinere & Iuuenalis q rupto robore nati cõpositiq luto nullos habuere parẽtes. Tinnitus: mouimus crotala auxiliantes lunæ ne carmina thessalaq psentiscere crediderimus tua forma potius quam cantibus hoc accidisse.

BER. ¶ Phœbo: comparat hyppollitus appollini. Colligi: quæ n on colligitur circa caput. Illum: scilicet phœbum ille habet longos crines & ornatos: tu uero breues & irtos & ita est disparitas in crinibus. Hirta: pilosa & rudis. Decet: decentem & placẽtem facit. Nulla lege: nullo cultu & ordine. Tu licet: laudat ipsum a fortitudine corporis. Pugnaces deos: scilicet panes. Spacio: magnitudine. Thoros: pulpas & musculos brachioq: in quibus cognoscitur robur homiuis. Latior pectore: martis qui scribitur a poetis pectorosus: nam latum pectus fortitudinem demonstrat. Cornipedis: ideſt equi habentis pedes ex cornu: si tu equitas es similis castori fratri helene qui peritissimus erat in agendis equis. Mobilior: in gubernando frenum. Spartanucyllarum: lacedemonium equum castoris. Amentum: si uis iacere iaculũ cum manu non tam longe mittent sagittas suas cum arcu crethẽses peritissimi sagittarii: qui tum tu manu. Tende: emitte in digitum. Amẽtum: quod est corium ad mediũ hastilis in quo inseritur digitus ad iacendum. Spicula: sagittas. Arundinem: sagittam factam ex calamo qui nascit apud crethenses miræ duriciei: ut inquit Plynius. & Virgilius in buccolicis cydonia spicula appellat. Modo parthico: addit aliam artem si uelit hyppolitus iacere sagittas in altum more parthorum. Nulla, scilicet tela uenient ad terram sine aue. Condita: inuoluta. Tepido uiscere intestinis calidis. Prædam: poteris sagittare ipsas aues inter nubes. Ratis forma: reperies raro formam fuisse sine periculis ut demonstrat plane Iuuenalis: optaret uirginia gibbum. Prospice: parenthesis est discurrere omnes ætates tu inuenies propter formam suã multos periisse. Melior: deus diu melius faciet tibi quam istis. Prætereat: traducat sine periculo. Æui deformis: quod possis transire ad senectutem quæ turpis est: Quid signat: dat locum sequenti: quasi dicat nihil est quod non audeãt fœminæ cum facit ira nocentes: ut dicit Iuuenalis. Insonti sine culpa: hyppolitum innocentem falso crimine accusare & perdere quærit. Furor: præceps inconsideratus. Fidem: lacerat crines & lachrymatur: ut credant hominesillam passam fuisse uiolentiam. Sed iste: dat locũ sequenti scœne: uidens chorus a longe ueniẽtem quẽdam sublimen: & incedentem more regio admiratur quis sit: demum cognoscit pyrithoum & theseum. Languido cãdore: quare pallebat situ infernali: uidetur mihi similis pirithoo nisi esset ita pallidus & ita incultus crinibus. En: ecce uidet tunc theseum redeuntem.

Phœbo colla licet splendida compares:
Illum cæsaries nescia colligi:
Perfundens humeros ornat & integit.
Te frons hirta decet: te breuior coma
Nulla lege iacens: tu licet asperos
Pugnaceſq; deos uiribus arceas.
Et uasti spacio uincere corporis:
Aequas herculeos iam iuuenis thoros:
Martis belligeri pectore latior:
Si dorso libeat cornipedis uehi:
Frenis castorea mobilior manu:
Spartanum poteris flectere cyllarum.
Amentum digitis tende prioribus:
Et totis iaculum dirige uiribus.
Tam longe dociles specula figere:
Non mittent gracilem cretes arundinem
Aut si tela modo spargere particho
In cœlum placeat: nulla sine alite
Descendent tepido uiscere condita:
Prædam de mediis nubibus afferes.
Raris forma uiris sicula prospice
Impunita fuit: te melior deus
Tutum præterea: formaq; nobilis
Deformis senii lumina transeat.
Q uid sinat in ausũ fœminæ pceps furor
Nefanda iuueni crimina insonti apparat
In scelere quærit crine lacerato fidem:
Decus oẽ turbat capitis humectat genas:
Istruitur omnis fraude fœminea dolus.
Sed iste quidnam est regiũ in uultu dec?
Gerens. & alto uertice attollens caput
Vt ora iuuenis paria pyrithoi gerit.
Nil languido candore pallerent genæ.
Staretq; recta squalor incultus coma.
En ipse theseus redditus terris adest.

DAN. ¶ Spartanum cylarum. Neptunus donauit adrasto regi Arionaidem donauit iunoni xanthũ & cylaq; quos illa dedit castori & polluci: meminit papinius in thebaide tua furto lapsa, ppago Cylare. Tẽde amẽtum: insere tuis digitis amẽtum ligamẽtũ quo iacula torqntur ταλα ματα græci dicũt funes. est aũt omne ligamentum plinius. Sedes huic posita sole isq; sine amento isignis in Metelli publica porticu. Ratis forma uiris: formosis nocuit plurimũ sua forma audi Iuuenalẽ Silius aũt Corpis egregii miseros trepidosq; parẽtes semp rara est adeo cõcordia formæ atq; pudicitiæ non possunt peruenire ad uirilitatẽ formosi: fiunt enim spadones: fiunt plublici adulteri insidiantẽ legitimis thoris gibbosæ rutiliæ satius esset habere deformitatẽ q̃ faciem Lucretiæ. Instruitur omnis: nullum est malũ cuius origo nõ sit fœmina habet tñ fœmina duo bona: in tumulo: & alterũ in thalamo ut scri. Callimachus πασαγυνη χολοσ εξινεχειλαγαθασ δυο ωρασ: την μιανενθαλαμω. την μιαν εν κανατω. Fœmina quæq; fel est sed habet duo uel bona tantum, unum habet in thalamo: unum habet in tumulo.

Tandem

TAndem ꝓfugi:hic est tertius actus ubi theseus primo rediēs ab īferis narrat mala q̄ passus est BER.
iam q̄tuor annis. Interea occurit sibi nutrix plorās:ipe cām fletus rogat. Tandē post multos labores. Plagā:regionē. Vmbrātē:ubi sunt tenebræ. Manes:faciētē umbrā manib⁹. Diē: lucē. qđ naturaľr accidit illis q̄ clausi fuerūt tenebris:q̄ exeūt nō pñt pati lucē. Iam q̄rta:iā sūt q̄tuor anni q̄bus fui in īferno dubi⁹ inter mortē & uitā: & more poetico uolens dicere q̄tuor annos:messes q̄ter fcās dicit. Eleusis. urbs in thela īsula sub euboia iuxta atticā:ut oñdit Ptole. in hac tripto lemus natus est q̄ munere cereris in ꝑtibus atticis usum frugū primus īuenit uñ ibi dicit. Dona triptolemi. i. fruges. Totiēs. s. q̄ter. Libra:q̄ñ sol ī hoc signo est fit equinoctiū:qđ duplex est:uernū q̄ñ sol est ī ariete:autūnale q̄ñ est in libra. uñ dicit Vir. in ge. Noctes æquāt aries & libra diebus. Parē:equalē nocti. Ambiguus dubius. Sorti: ignote:q̄ nesciebā an deberē uiuere:an mori. Pars una: uidebar mortu⁹ cū luce carerē: cuꝫ spirarē adhuc uidebar uiuere. Alcides: hercules qui descēdens ad inferos illinc me eripuit. Mersus. s. in inferno. Canem: cerberū quē hercules traxit ad superos:ut uidimus. Trepidant: tremūt:uix possum me ꝑdibus tenere longinquū. Æthera sic Virg. in. vi. ænei. Supasq̄ euadere ad auras. Hic opus hic labor est. Alcidem sequi:q̄ grandi passu ambulabat.

Actus. iii. Teseus Nutrix.

Teseus loquitur.

Andē ꝓfugi noctis æternæ plagā.
t Vastoq̄ mães carcere ūbrātē polū
Vt uix cupitum sufferūt oculi diē
Iam quarta eleusis dona triptolemi secat
Paremq̄ totiens libra composuit diem.
Ambiguus ut me fortis ignote labor
Detinuit inter mortis & uitæ mala.
Pars una uitæ mansit extincto mihi
Mersus malorum finis alcides fuit.
Q ui cū reuulsum tartaro extraheret canē
Me quoq̄ supernas pariter ad sedes tulit.
Sed fessa uirtus robore antiquo caret
Trepidātq̄ gressus: heu labor quāt⁹ fuit.
Phlegetōte ab imo petere lōgīquū æthera
Pariterq̄ mortē fugere: & alcidem sequi.
Q uis fremit⁹ aures pepulit flebilis meas
Exꝑmat aliqs: luct⁹ & lachrymæ & dolor
Et limine in ipso mœsta lamentatio:
Hospitia digna prorsus inferno hospite.
Tu. tenet obstinatū phœdra cōsiliū necis
Fletusq̄ nostros spernit ac morti iminet.
The. quæ cā lœti: reduce cur morit⁹ uiro:
Nu. hæc ipsa lœtū causa maturū attulit.
the. ꝑplexa magnū nescio qd uerba tegūt
Effare aperte: quis grauē mentem dolor.
Nu. haud pāditulli mœsta secretū occulit
Statuitq̄ secū ferre quo moritur malum.
the. Iam ꝑge quæso ꝑge: ꝑpera: opus est
Reserare clausos regii postis lares.

Theseus phœdra. theseus loquitur.

o Socia thalami: siccine aduentū uiri
Et expetiti coniugis uultū excipis:
Q uī ense uiduas dextrā atq̄ aīum mihi
Restituas. & te qcqd uita fugat expromis
Phe. Heu per tui sceptra imperii
Magnanime theseu: perq̄ natos⁊ indolē
Tuosq̄ reditus perq̄ iam cineres meos
Permitte mortem.
The. causa quæ cogit mori.
Phœ. si lœti causa dicitur fructus perit.

TAndem: sexto carmine metro archilochio ꝓponitur DAN.
q̄rtus actus: ubi theseus ab inferis rediēs directe se cōfert domū a q̄ nō ꝑcul audiit fremitū & lachrymosos gemit⁹ in hyppolito euripidis these⁹ hoc mō lamētat̄ territ⁹ isto clamore funebri. γυναικες ιξε τεσπωτεν δομοισ βοη ηχω βαρειαπροσπωλον αφιν ετοον γαρ τιποσ θε ωρον αξοι δομοσ πυλαι ανοιξασ &cæ. sed iam rupat collum nodo sibi phœdra. hic aliter narrat̄. accusat̄ eniꝫ hyppolitus falso & damnat̄ mortis a theseo. Ego inqt tandē euasi eterne noctis caliginem: cuius densitatē adhuc habent oculi mei. horrent mēbra. & succidui pedes titubāt. Ingressus deinde domū: phœdra offendit ingemiscētem singularitatem: passis crinibus: uestē cōsciss̄a: stupefactus rogat o socia thalami sic uiri reditu lætaris: quin prius pone gladium & nobis lœti causam narra.

OSocia: postq̄ theseus ingressus est domum phœdram plorantem & lazero uultu interrogat: qua causa tm̄ se affligat cum deberet lætari aduentu suo. Expetiti: desiderati. Quin. cur nō. Viduas: priuas. q̄re nō deponis ensem de manu quo tibi mortem apparas. Restituis aīum: ut me cōsoleris exaīatum. Expromis: cur nō dicis cām qua uelis mori. Heu: adiurans theseū phœdra ne uelit scire cām mortis suæ: sed sinat eā mori. Indolē: ꝑindiciū fortunæ uirtutis. Cinere: q̄ possum tā iudicari mortua. Fructus: si dicā cām ꝑdā fructū mortis: qa uolo mori solū ne q̄s sciat dedecus meum: quod si nō dixero relinquet̄ mihi fama bona q̄ est maxim⁹ fructus mortis. ut propertius: Hæc est fœminei merces extrema triūphi Laudat ubi emeritū libera fama rogum. Perit: nihil est.

THeu ꝑ tui: ab oñtatione incipit & mortis uoto: ut solū culpæ auctorē hyppolitum credibile sit fuisse: seqꝫ iugalis tori fidem integram ad uim usq̄ seruare uoluisse. DAN.

BER. ¶Nemo: Theseus promittit se secretum seruare quod dixerit. Coniugis: dubitas ne aperire factum coniugi tuo. Alium: quando quis uult rem suam secretam esse nulli dicat. Facultas: non permittam te mori. Luendum, purgandum: quod uiuo debeo mori: quia uiuo uult dicere cum passa sim tantam infamiã statim debeam me interficere. Mors optima: melius est ꝙ moriar & plores q̃ ꝙ uiuam: quia uidebitur ꝙ fuerim tibi cara. Silere in tertia persona loquitur more iratorum: uidens phœdram nolentem loqui causam suæ mortis: dicit se paraturum tormenta nutrici: ut ista propalet: Vnde phœdra mota compassione nutricis statuit narrare factum. Prodet: manifestabit. Vincite: ligate: & sic uocat famulos ad tormentum nutricis.

Ipsa: uidens phœdra parare tormẽta nutrici pollicetur se dicturam oia. Prætenta: opposita: a tendo inuoluebat faciem uestibus quasi furibunda non auderet respicere lucem. Te creator: inuocat iouem & solem auum suũ in testes conscientiæ suæ: ꝙ uiolata sit ab hyppolito contra uoluntatem suam. Coruscum iubar: splendor clarus. i. o sol. Non cessit: non uictus fuit: neq; præcibus neq; minis sum superata: sed ui uiolata q̃ morte mea luã. Pudoris: pudicitiæ amissæ. Ede: dic qs fuit uiolator nostri honoris. Rere: existimas: & nunquã putares. Expeto: uehementer cupio. Hic: nõ dicam sed declarabit hic ensis quem stuprator reliquit. Quod facinus: uidens ensem Theseus cognouit illum esse hyppoliti. Ebur: manubrium ensis. Asperum: sculptum. Signis: paruis imaginibus. Capulo: manubrio. Euasit: ad quem locum fugit hyppolitus. Hi famuli: rñdet phœdra nescio quo iuerit famuli isti qui fugientẽ uiderunt poterunt tibi dicere.

PAoh sancta: exclamat Theseus unde sit tanta calamitas in domo sua & sermonem suũ uertit ad neptunum. Secundum regnũ: scilicet maris quod contigit neptuno. Lues: pestis & calamitas. Hunc: solent mores nutricationi conformari: unde dicit iste nutritus fuit in græcia ubi inuenti sunt boni mores. Taurus: mons de quo supra diximus. Phasis: fluuius est colchorum. Redit: qa natus est de amazone mr̃e: uult eẽ silis ferinis moribus. Genus: soboles. Redit ad auctores. s. parentes.

DAN. ¶Mors optima est: gloriosum putabant antiqui lachrymosum funus, qui eos etiam conducebant qui funus lachrymis & ficto gemitu comitarent̃ id quod futile & cassum deputans solon testamẽto legasse traditur. Nemo me lachrymis decoret: neq; funera fletu faxit quod Cicero repetit in catone maiore: & Valerius maximus Tradit in funere sparsas lachrymas deos non facili iniuria lacesse re: in hanc sententiam cadit etiam phaleris astypaleus ad filias Steficori poetæ: cõsolans ipsas & prohibẽs a lachrymis tanq̃ a re inani & stultitia. εφωγετο ὠενθοσ φερεσθεου γαρ ϑακρυεσθαι ταζησιχορου ὠρεὠον αλλα υμνειϭθαι. Altrix: nutrix quæ a græcis τροφοσ siue τιθηνη dicitur a uerbo τιθηνεοω quod est lacto, alere tamẽ cõmune est apud nos omnium animãtium: nutrire hominum ceterum alternari solent. Nostra dependet domus: pasiphæ solis & cretes nymphæ filia pepperit Minoi filios Licastim. Deucalionem. Creteum. Androgeum. Ariadnam & phœdram Gentis actææ: idest athenien sis: & caue ponas. t. ante. t. sed. c. ut lychophron græcus poeta inuenit: apud quem Castor & pollux ακτεωνλυικοι appellantur. Proh sancta pietas. Consternatus & attonitus horridi facinoris immanitate: Theseus prorumpit in Efferum & graue epiphonema detestans prius hyppolitum mox cruentæ pœnæ ac miserandi supplicii illũ damnans & reum faciens. Redit ad auctores: non est nostri sanguinis hyppolitus sed barbarus, hunc uere immanis concepit amazon, hunc recte censeas sanguinariæ stirpis nepotem degenerem.

The. Nemo istud ali⁹ qdẽ me excepto audiet
Aures pudicas cõiugis solas times
Effare: fido pectore arcana occulam
Phe. Alium silere quod uoles prius sile.
The. lethi facultas nulla continget tibi
Phe. Mori uolẽti deesse nunq̃ mors põt.
The. Q d' sit luẽdũ morte delictũ indica
Phe. Q uod uiuo.
The. lachrymæ nonne te nostre mouent
Phe. mors optia ẽ pire lachrymantib⁹ suis
The. silere pgit: uerbere ac uinclis anus
Altrix q; prodet: quicquid hæc fari abnuit
Vincite ferro: uerberum uis extrahat
Secreta mentis.
Phe. Ipsa iam fabor: mane:
The. qdnã ora auertis mœsta: & lachrias
Subito abortas ueste p̃tẽta obtegis. (gẽis
Phe. Te te creator cælitum uestem iuoco:
Et te coruscum lucis æthereæ iubar.
Ex cuius ortu nostra dependet domus
Tenta precibus restiti ferro ac minis
Nõ cessit animus: uim tñ corpus tulit.
Labẽ hanc pudoris eluet noster cruor.
The. quis: ede: nostri decoris euersor fuit
Phe. Q uem rere minime.
The. quis sit audire expeto
Phe. Hic dicet ensis: quẽ tumultu territ⁹
Liquit stuprator: ciuiũ ac cursum timens
Th. qd' facin⁹: heu me: cerno q d̃ monstrũ
Regale paruis asperũ signis ebur (ituoet
Capulo refulget: gentis actææ decus.
Sed ipse quo nam euasit.
Phe. I. trepidum fuga
Videre famuli celeri concitum pede.

The. loquitur.

p Roh scã pietas ph gubernator poli
Et qui scd̃m fluctib⁹ regnum tenes
Vnde ista uenit generis infandi lues?

¶Refert

¶ Refert:imitatur. Est prorsus:amazones uidentur odiũ hr̃e uenerem:& certo tempore uadunt ad finiti BER.
mos populos quibus corpus suum ad oẽm libidinem uulgare nõ pudet:eo modo est usus hyppolitus longa castitate:& nunc incepit ab uxore patris sui. Armigere:amazonum. Fœdera: ueneris legitima coniugia. Castum diu:longo tẽpore intactum. O tetrũ genus:o mala proles. Non uictũ: non moderatũ moribus. Melioris soli:terræ aptioris ad uirtutẽ:ut uolunt philosophi:secundũ climata sunt diuersi influxus gentium:in alio loco sunt crudeles:in alio mites & pacati. Fereq;:ut refert ply.in.vii. Bruta aĩalia duce natura quẽdam pudorẽ habent ueneris sicut leonis & equi qui dicuntur non cõmisceri cũ matre. Inscius:sine ratione:quia equus non cognoscit ueretecũdiam ratione uel natura. Vbi:indignati ue dolet theseus hyppolitũ suũ fuisse mutatũ. Vultus:scilicet seuerus. Horrens:incultus.

Hũc graia tellus aluit: an taurus scythes:
Colchusq; phasis: redit ad auctores gen⁹
Stirpemq; primã degener sanguis refert.
Est prorsus iste gentis armigeræ furor:
Odisse ueneris fœdra:& castum diu
Vulgare populis corpus:o tetrũ genus
Non ulla uictum lege melioris soli:
Eeræ ipse quoq; ueneris euitant nefas.
Generisq; leges inscius seruat pudor:
Vbi uultus ille:& ficta maiestas uiri:
Atq; habit⁹ horrẽs prisca & antiq̃ appetẽs
Morumq; seniũ triste & aspectum graue
O uita fallax abditos sensus geris:
Animusq; pulchrã turbidus faciẽ induis.
Pudor ĩpudentẽ celat:audacem quies:
Pietas nefandum: uera fallaces probant.
Simulantq; moles dura:siluarũ incola
Ille efferatus:castus:intactus:rudis.
Mihi te reseruas.meo primum thoro
Et scelere tanto placuit ordiri uirum
Iam iam superno numini grates ago.
Quod icta nr̃a cecidit antiope manu.
Quod nõ ad antra stygia descẽdens tibi
Matrem reliqui. pfugus ignotas procul
Percurre gentes.te licet terra ultimo
Summota modo dirimat oceani plagis.
Orbẽq; nostris pedib⁹ obuersum colas.
licet in recessu penitus extremo abditus
Horrifera celsi regna transieris poli
Hyemsq; supra positus & canas niues
Gelidi frementes liqueris boreæ minas
Post te furentes sceleribus pœnas dabis
Profugũ per oẽs ptinax latebras premã
Longinqua clausã abstrusa diuersa inuia
Emetiemur.nullus obstabit locus.
Hucuota mittã.tela quo mitti haud q̃unt
Scis unde redeã.genitor æquoreus dedit

Prisca:qui imitabatur primã primã ætatẽ auream. Triste senium:graue & seuerum:in aspectu & moribus uidebatur ferre grauitatem senilẽ. O uita fallax: difficillimũ est cognoscere secreta hominũ. Abditos:occultos. Pulchram faciẽ:apparentiã:animus interdum cõtaminatus est interius & fortis ostendit magnã uirtutem. Probãt: laudant ueritatẽ qui uolunt dicere. Molles:delicati. Dura:fortia. Siluarum:ita est filius meus qui ostendebat se pudentẽ castũ & seuerũ. Rudis:inexpertus malo Orditi uirum:incipere ostendere te uirum esse (non curasti huc usq; de mulieribus:& nunc incepisti ab uxore mea. Iam iam:ago gratias diis quod antiope mater tua interempta sit a me quia si eam reliquissem tibi descẽdens ad inferos idem fecisses illi quod feci phœdræ. Icta:percussa: nã a theseo fuit interfecta per iurgium. Stygia:antra ad infernum. Profugus:fuge quo uis:si nõ sequar te pedib⁹: prosequar uotis & imprecationibus donec des pœnas.

Dirimat:disiungat si fugeris ad meridiem ubi sunt antipodes oppositi pedibus nostris Plagis:per oceanum iter positum. Obuersum:oppositum nobis. Licet abditus: absconsus:q̃uis fugias ad septentrionem sub polo arctico ubi est regio inhabitabilis propter frigora. Celsi:quia supra nos: alter est sub nobis antarticus. Boreæ: uenti congelantes niues. Pertinax:premam: non desistẽs urgebo te quocũq; ieueris. Emetiemur:transibimus. Inuia: ubi non sunt uiæ tritæ. Huc:quo non potero mittere tela mea:mittam impræcationes. Scis unde: tu scis me redire ab inferno ideo non mireris si dicam mala: uel aliter cum illud factum sit ex gratia dei ut redierim q̃ mihi tria uota concedere promiserat: primum dicunt quãdo Theseus natus erat in troezene & uellet ire athenas: erant phœdones:ibi petiuit ut perderẽtur: & hoc fuit primum uotum. Secundum quando ingressus est labyrinthum in creta ut inde posset redire: tertium erit de morte tua. Genitor æquoreus:neptunus.

¶ O tetrum genus:o inhumanam & perditam stirpem amazonum quã mitior lex nunq̃ potuit flectere. uitant fere illicitos concubitus nisi quos iura naturæ concedũt. DAN.

Vbi ille uultus ubi illa tristis in fronte seueritas. ubi ille rigidus & simplex pudor. ubi horridus ille & siluestris ornatus:ubi graue illud & censorium supercilium: nullum genus hominũ sustinet terra peius his qui simulata quadam simplicitate uultus ad cultus alunt intus uenenum fel: & a quo genere me defendat & seruet deus optimus maximus tanq̃ a fascino & contagiosa peste. has megeras & rapaces lycaones:ut decet & par est ornat Martialis:Amator ille tristium lacernarum:& beticatus atq; leocophætus fuscos colores galbanos habet mores.

Sed spectat oculis deuorantibus draucos:Necociosis Mentulas uidet labris. Antiope cecidit nostra manu:me nunc iuuat interfecisse matrem tuam quam poteras:finixisset in cestare:contra scribit plutarchus ut superius aduertimus. Discors est etiam hic Seneca cum Euripide qui inducit uenerem indicantem hyppolitum filium extitisse hyppolites amazonis. ογαρ μεθιστ εσω αμαξονοσ τοκοσ. λεγει κακηζην. & cætera:exponit interpres hyppolytes non Antiopes.

¶ Concipiam: eligam prono: fauente. Sanxit: confirmauit. Munus: hæc tria uota. Stygeinuocata: scilicet in iusiurandum. Domum triste: ad mortem hyppoliti. Non cernat: moriatur. Parēs: neptune pater quem tenebat pro patre: nam filius erat ægei. Abominandam: quia pater contra filium. Nunq̃ supremum: ultimum. nam duo de tribus uotis perfecta erant: restabat tertium. Consumaremus: cōpleremus. Munus: nisi fuisset tantum scelus tu scis dum in inferno eram: nolui facere uotum: sed reseruaui mihi hāc gratiam ad aliam necessitatem. Peperci uoto: non feci uotum. Pactam: quā pepigisti. Moraris: tu tardas. Subtexe: occulta & tege. Noctem: obscuritatem. Eripe. ne uideamus lucem. Cie: cōmoue. Vulgus: omnia monstra maria.

Vt uota prono trina concipiam deo.
Et inuocata munus hoc sanxit stygæ:
En perage donum triste regnator treti
Non cernāt ultra lucidū hyppolitus diē
Adeatq; manes iuuenis irato patre.
Fer abominandā nunc opem nato parēs.
Nunq̃ supremum numinis munus tui
Cōsumaremus: magna ni premerēt mala
Inter profunda tartara & ditem horridū
Et imminentes regis inferni minas
Voto peperci redde: nunc pactam fidem
Genitor moraris: cur adhuc undæ silent?
Nunc atra uentis nubila impellentibus
Subtexe noctem sydera & cœlum eripe
Effunde pontum: uulgus æquoreum cie
Fluctusq; ab ipso tumidos oceano uoca.

Chorus loquitur.

O Magna parens natura deum:
Tuq; igniferi rector olympi:
Qui sparsa cito sydera mundo
Cursusq; uagos rapis astrorum
Celerisq; polos cardine uersas:
Cur tibi tanta est cura perēnes
Agitare uias ætheris alti.
Vt nunc canæ frigora brumæ
Nudent siluas
Nunc arbustis redeant umbræ.
Nunc æstiui colla leonis.
Cererem magno feruore coquant
Viresq; suas temperet annus.
Sed cur idem qui tanta regis.
Sub quo uasti pondera mundi:
Librata suos ducunt orbes.
Hominum nimium ades securus:
Non sollicitis prodesse bonis:
Nocuisse malis.
Res humanas ordine nullo:
Fortuna regit: spargitq; manu
Munera cæca: peiora fouens
Vincit sanctos dira libido:
Fraus sublimi regnant in aula:
Tradere turpi fasces populus.

¶ Populus

Magna parens: chorus conqueritur de gubernatione mundi q̃ deus & natura uidētur negligere genus humanum. nos uidemus hyemem & æstatem secundū cursum suum: & homines uidētur regi fortuna ut malis dentur bona & aduersa bonis: Hyppolitus falso accusatus a patre deuotus est iprecationibus: & ita loquens nuncium festiuum uidet qui mortem hyppoliti afferebat & sic dabat principium quarti actus: uersus est anapæsticus qui aliquando dimeter aliquando monometer est quando duos pedes habet. Rapis: circunuoluis. Cito mundo: cœlo uoluto & accelerato. Vagos: instabiles. Versas: frequenter uoluis. Cardine: motu: cardo est super quod uoluitur porta. Cur tibi: unde est quod habes tantam curam ut partes anni succedant uicissim: & nō q̃ homines habeant ordinem. Cane: albicantis: quia sunt pruinæ. Nudent: quia tunc folia cadunt. Arbustis: ubi sunt multe arbores: & itelligit uer. Leonis: itelligit æstatem. Coquant: torreāt fruges. Temperet: intelligit autūnum: qui temperat calores. Sub quo: sub cuius potestate Pondera: sub quo uoluuntur cœli & omnia. Librata: eleuata & ita posita ut nequeāt descēdere neq; ascēdere. Securus: nihil curans: tu gubernas cœlum & de hominibus minimam curam geris & loquitur secūdum epicuream opinionem: tu non reddis merita bonis: nec punis malos. Spargit: non considerans ubi det unde dicit cæca. Libido: libidinose.

DAN.

¶ O magna parens: Seuerinus boetius fuit: mea sententia: uir apprime doctus & secretioris philosophiæ penetralibus admodum attentus & uigiliis libro primo consolationis ualde conqueritur: unde istec in præstantes uiros miseria & calamitas: quod nunq̃ meritis ista pēsentur præmia: ad quem accedens Seneca inducit chorum fortunæ perfidiam in hac re expostulantem: mox qui commendet mirabilem corporum cœlestium ordinem: & uices alternas annimetrum est dimetrum iambicum pindaricum extra duos postremos uersus: qui constant trimetro iambico euripidico. Res humanas: crediderunt nōnulli deos non esse: sed mundum gubernari casu & arbitrio fortune suppositā. ταλεαλλαπαντατυχυ quod quidem paradoxon uidetur non improbandū cum ubiq; honestentur mali: boni autem contemnantur: ut Iuuenalis inquit. Dat ueniam cornix uexat cēsura columbas.

Homunum securus: cōtemnis & tergiuersaris ægros mortales: ut neq; bonos iuuare neq; rursus uelis malos corripere. Vincit sanctos: pruriunt aliquando & boni τουσδικουσκυφηγαραλλοτεβαλλει.

¶ Populus: qui in comitiis eligebant magistratus. Turpi: scelerato. Fasces: magistratus consuli dabant duodecim fasces: prætoribus sex. Tristis: scelera. Recti: benefactoꝝ suoꝝ. Peruersa: illi qui uolunt bene uiuere spernunt & abiiciunt. Vanæ: nihil afferens fructus. Falsum: qa boni nō o sunt ꝑmiati. Sed qd: dat locū sequēti scenæ. Restat: restitit: nā qui cogitat firmat se. BER.

Sors: famulatus lamentatur nuncius de fortuna sua mala conditio est seruitus. cur uocas me ad infandum nuncium. Ne metue: dicit theseus scio ꝙ est mortuus hyppolitus: sed dic quomodo res est acta. Erumnis: quare sum assuetus audire & habere multas miserias. Vocem: uellem loqui: sed nō possum. Quassam: concussam & disturbatā. Occupat: iacet. Raptor: stuprator. Ordinē: qualiter est mortuus: Vt profugus: dicit nuncius ea quæ præcesserūt rem: quæ sunt in re: & quæ post rem facta sunt: in primis quomodo discessit ab urbe. Infesto: turbato. Iugo: ad iugum. Subigit: cogit. Abominatus: ibat accusando patriam quæ tales mores haberet. Ciet: uocat sæpe patrem. Lora: habenas equoꝝ. Acer: uehemens. Quatit: in signū indignationis. Tumuit: eleuatū est. In astra: hyperbole poetica amplificatio supra ueritatem. Nullus: necille tumor erat ex uentis. Propria: nata ex se nō ex uētis. Pontus generaliter accipitur de omni mari: sed ibi specialiter intelligitur de mari stricto in ingressu helesponti quod euxinum appellatur. Sinu: faucib⁹ tempestuosis. Choro: uento collaterali zephiri. Leucatem: leucas teste pomponio insula est iuxta epirum dispositā contra sinum ambracium habens montē altissimū Vir. libro tertio æneid. Mox & leucadii nimbosa cacumina montis: Et formidatus nautis aperitur appollo. Cana: alba propter fluctus. Aggerem: cumulationem aquarum. Nec ista: nō erat sicut tempestas quæ solet ire ad naues sed hæc ibat ad terras. Leues. monstrum hoc loco. Grauis: grauida. Sinu onerato: ueniebat curuata unda tanq̄ in gremio aliquid portaret. Cyclas: dicebamus forte exorta est aliqua ĩsula in medio mari: cyclades in mari egeo sunt.

¶ O sors acerba apud Euripidem Angelus. i. nūcius in hæc uerba alloquitur Thesea. o Thesēu dolore dignū tibi porto uerbum & ciuibus athenarum & qui habitant arces troezenis hyppolitum ꝑemit impetus axis: & ꝑces tuæ: quas tuo patri fudisti. θεσηυ μεριμ νισα νιον φερω- DAN.
λογονσοικαιτωλιταισ. οιταθηναιωνπολινναιου οι-
καιγηστερμοναστροιζηνιασοικειοσαυτον ωλεσενα-
ρματωνοχοσαραιτετουσου ζωματοσ. ασσυσωπα
τριπουτουκοεοντιπαιλοσυρασωπερι. & cætera: est aūt octauum carmen Archilochio iambico trimetro & quintus actus: & est denūciatio mortis hyppoliti. Collocutores Nuncius & theseus. Salo: & salum dicimus: ut Perq̄ undas superāte salo. & sal in neutro genere sed citra multitudinis numerum. ut Et spumas salis ære ruebant. pro mari utrunq̄: pro condimento uirilis generis est Salustius: Neq̄ salem neq̄ alia irritamenta gulæ habebant etiā in neutro protulit: Varro: Tum sale pœnu protulit trahitur autem aqua maris in quasdam fossas adhuc usu factas: & siccatur sole: quemadmodū uidi sæpius Clusi stās uenetiis: & hoc modo conficitur sal. est oppidū in arabia nomine Charre: ubi muri & parietes sunt e massis salis. Cyclas: genus uestimenti. Iuuenalis: Hæ sunt quæ tenui sudant in cyclade: est item commune nomen insularum in ægeo quod ut placet Soli. Sint circulares situs: numero quadraginta.

Gaudet: eosdem colit atq̄ opit.
Tristis uirtus peruersa tulit
Præmia recti: castos sequitur
Mala paupertas: uitioq̄ potens
Regnat adulter.
O uane pudor falsumq̄ decus:
Sed quid citato nuncius portat gradu:
Restatq̄ mœstus lugubrē uultū gerens.

Actus quartus Nuncius & Theseus.

Nuncius loquitur.

o Sors acerba & dura famulat⁹ grauis
Cur me ad nefādi nūciū casus uocas
Th. ne metue clades fortiter fari asperas
Non imparatum pectus erumnis gero.
Nun. Vocē dolori lingua luctifica negat
Th. Prolo q̄re q̄ sors aggrauat q̄ssā domū
Nū. hyppolit⁹ heu me flebili leto occubat
Th. Natū parens iam pridem obiisse scio
Nam raptor obiit: mortis effare ordinē.
Nū. Vt ꝑfugus urbē liquit ĩfesto gradu
Celerē citatis passibus cursum explicans:
Celsos sonipedes ocius subigit iugo:
Et ora frenis domita substrictis ligat.
Tū multa secū effectus: & patrium solū.
Abominatus sæpe genitorem ciet.
Acerq̄ habenis lora permissis quatit:
Cum subito uastū tumuit ex alto mare
Creuitq̄ in astra: nullus inspirat salo
Ventus quieti nulla pars cœli strepit:
Placidumq̄ pelagus ꝑpria tēpestas agit
Non tantus auster sicula disturbat freta
Nec tam furenti pontus exurgit sinu
Regnāte choro: saxa cum fluctu tremūt:
Et cana summum spuma leucatem ferit.
Consurgit íngēs pontus in uastū aggerē
Tumidum mōstro pelagus in terrā ruit.
Nec ista ratibus tanta construitur lues
Terris minatur: fluctus haud cursu leui:
Prouoluuntur: nescio quid onerato sinu
Grauis unda portat: q̄ nouū tellus caput
Ostendit: astris cyclas exoritur noua.

BER. ¶ Petræ scyronides: sunt de quibus diximus supra propinquæ athenis sex milibus passuum porrectæ in memoriã ultoris thesei: quare inde syron latro præcipitans transeũtes ab eo occisus est & Ino cum palemone filio illinc se præcipitẽ dedit: unde dicit. Nobiles: famosæ propter scelus. Epidauri dei. s. æsculapii. Terra: histimos de qua supra diximus: est inter regeum & ionium. Rotat: uoluitur. Cacumen: scopulorum uel illius monstri. Alternis: modo trahendo modo uomendo. Phyleus: monstrum quod sumere & uomere dicitur aquas. Capax: multum sorbens. Refundẽs: euomens. Globus: massa rotunda. Soluit: dissoluit & aperuit se. Maius: magis horrendum quã timebamus. Hos: nos qui eramus hic. Quis: interrogat formam mõstri. Habitus: forma. Herculea: describit nuncius formam mõstri. taurus erat coloris cerulei cum cornibus & duobus pedibus. Herculea: qualia fuerant tauri quem occidit hercules in Creta: alii legunt cerulea & melius. Iubam: crines in collo. Viridanti: quare aquaticũ monstrum. Stant: horrent: sic Vir. Stant lumina flammæ. Varius: diuersus. Quem. s. colorem. Dominator: taurus. Sub undis: quare ceruleus est. Hinc ex una parte. Thoro: pulpas. Opima: pinguis. Haustibus: attractionibus. Hiulcis: ab hio: dicitur aliquando qui hiat: & quod facit hiare: unde fulmen hiulcum quod aperit: & terra hiulca aperta. Patulæ: magnæ. Palear: pellis dependens a collo. Muscho: herba uiridi quæ nascitur in locis humidis ut circa paucos. Longum latus: qui habebant longa latera. Spargitur: maculat succo humore rubeo. Tum: præterea. Pone. i. post ibi habet uim præpositionis: aliquando est aduerbium quando ponitur sine casu. Faces: ultima pars mõstri. Pistrix: Ply. xxvi. lib. inquit. Tritones pistrices q̃ monstrum est aquaticũ tante magnitudinis. ut absorbeat naues & euomat. Reddit: euomit. Immunis met?: nihil timens. Arctis: strictis. Notæ: cognitæ per equos. Hortatũ cũ uideret territos equos hortabatur eos. Et alta: hactenus dixit quæ ante rem facta sunt: nunc quæ in re: quomodo mortuus est hyppolitus. Alta: mõtana Ad argos: uersus argos. Ruptis: exesis. Suppositi: inferioris suppositi illi uiæ montanæ. Moles: illud monstrũ. Hic: in hoc scopulo. Acuit: incitat: ut contra currũ hyppoliti uehementior ueniret. Prætentans: experiens an haberet satis ire. Prelusit: proludium fecit antequam ueniret ad uerum certamen. Prepeti: ueloci. Summam: humum: superficiem terræ. Stetit: firmauit.

DAN. ¶ Scironides: acticis finibus imminent: est uia super eas in acticam atq; megare ab Isthmo ducens. adeo autẽ propetris uia ut limineat præcipitium uiatori. a latrone nomen acceperunt qui illic inflexis pinib? hospites medios scindebat cruribus: hinc inde ad curuata arborum cacumina alligatis: Meminit Strabo libro nono: q; Plutarch? in theseo: & Appollonius in secundo: hunc totum locũ transtulit de Euripide: Seneca: Ne pigeat lector candide qui melius nosti hæc omnia q̃ ego: legere & paululũ morari. ωσταφηρεθν σκειρονοσακταs: ομματοιμον εισορανεν ρυωτεβσθμον. καιωετρασασκληωιου. καωει τανοιλησαντεκαιωεριξαφρον. posset epistographã papyrum facere sic quicquid in hac parte transtulit: Seneca de Euripide uellem prosequi. Pystrix: pro nauipistrix dicitur. r. immediate sequẽte. p. at pro monstro quidam autem uolunt contrarium: quod probo. Est alta &cæ. moderanti currum hyppolito uenit obuius taurus agreste monstrum: cuius mugitu tota terra impleta est horribilis uoce horribilis aspectu. statim pullis grauis incidit pauor: locus ad uerbũ sumptus de hyppolito Euripidis κυωεξεθ νκεταυρον αγριοντερασουωασαμεν χθωνφθγγματοσωληρουμενη. &cætera.

Latuere nube: numen epidauri dei:
Et scelere petræ nobiles scyronides.
Et quæ duobus terra cõprimitur fretis
Hæc dũ stupẽtes querimur. en totũ mare
Immugit. oẽs undiq; scopuli adstrepunt.
Summum cacumen rotat expulso salo
Spumat uomitq; uicibus alternis aquas.
Qualis per alta uehitur oceani freta.
Fructus refundens ore. phyleus capax
Inhorruit cõcussis undarum globus.
Soluitq; sese. & littori inuexit malum
Maius timore. pontus in terras ruit
Suũq; mõstrũ seqtur hos quassat cremor
The. Quis habitus ille corpis uasti fuit.
Nu. cærulea taurus colla sublimis gerẽs.
Erexit hastam fronte uiridanti iubam
Stãt hispidæ aures cornibus uariis color
Et quem feri dñator habuisset gregis:
Et quẽ sub undis nat?: hinc flãmã uomit
Oculi hinc lucent: cærulea insignis nota
Optima ceruis arduos tollit thoros:
Nareſq; hiulcis haustibus patule fremũt
Musco tenaci pectus aut palear uiret.
Longum rubenti spargitur succo latus
Tũ pone tergus: ultima in mõstrum coit
Facies & ingens bellua imensam trahit
Scamosam partẽ: talis extremo mari:
Pystrix citatas sorbet aut reddit rates:
Tremuere terræ: fugit attonitum pecus
Passim per agros: nec suos pastor sequi
Meminit iuuencos: omnis e saltu fera
Discessit: frigido exanguis metu
Venator horret: solus immunis metus
Hyppolitus arctis cõtinet frenis æquos
Pauidosq; notæ uocis hortatu ciet.
Est ad argos collibus ruptis uia:
Vicina tangens spatia suppositi maris:
Hic se illa molles acuit atq; iras parens
Vt cæpit animos sese prætentans satis
Præluſit ire: præpeti cursu euolat.
Sũmãq; citato uix gradu tangens humũ

¶ Torum

¶ Toruus:terribilis. Currus:equos sicut Vir. Neq; audit currus habenas. Natus: hyppolitus. animose BER.
constitit aduersus eum. Vanus:qui in me nullum habebit effectū. Paternus:quēadmodū pater meus the
seus superauit taurum ferocissimū:eo mō non dubitabo istum aggrædi. Inobsequentes:qui non poterāt
regi:non obedientes. q̄uis hyppolitus non fuerit territus:tñ equi pauefacti nō poterant gubernati frenis.
At ille:hyppolitus regebat currū cum uidebat aliq̄d oppositū ut facit nauta in tempestate nauem suam q̄ñ
uidet oppositos fluctus. Retentas:frequenter retinet. Turbido:procelloso. Sequitur:ille taurus nunq̄
reliquit eum semper a latere:uel ante. Æqua: æqualiter
uadens. Corniger ponti:taurus marinus. Carpens:iter
carpere est ire. Imperia:non obediunt frenis:sed conatur
se disiungere a curru ut fugiant. Recti pro erecti pedes.
Iactant:onus euertunt currum. Præceps:tūc alleuato
curru hyppolitus decidit pedibus in loris inuolutus & cū
magis trahebāt equi:tanto magis stringebatur. In ora:
cum uultu ad terram. Censere. s. non esse gubernatorem. Pecudes:requirunt cum impetu uadunt. Leui:sine onere dominante:regente. Talis:facit similitudinem de casu phœtōtis filii solis cui⁹ fabula notissima est apud
Ouidi. Suum onus. s. phœbū. Indignatus:q̄ lux esset
commissa isti puero. Late:redit ad laceration em hyppoliti. Cruenta. s. hyppolitus. Illusum percussum. Resultat:resilit dum trahitur. Populatur:destruit. Decor:in
fœlix. perditur illa forma: propter quam uenit ad istam
necem. Moribunda:morientia. Tandem: dum traheretur hyppolitus inuentus est palus:in quo fixus est: &
trahentibus equis pars ipsius remansit in palo:reliqua in
loris. Trūcus. s. arboris. Sude:palo. Tenet:retinet.
Stipite iecto:transfixo per mediū inguen: quæ pars est
inter cossam & uentrem. Raptū:hyppolitū. Stetit:firmauit se partū. Affixo. s. hyppolito. Biiuges:equi. Hesere:firmati sunt. Vulnere ppter uulnus quādo hyppolitus affixus fuit palo. Rumpunt:q̄ñ uoluerunt discedere ruperunt:& moram quam faciebant. & dominum qui
diuisus est. Virgulta:ubi sunt arbusculæ. Secant: diuidunt:quia ubique remanebat una pars. Vepres:spinæ.
Tulit:abstulit. Errat:uenit ad illa quæ facta sunt post
rem. i. mortem hyppoliti. Manus multitudo famulorum. Errat querendo corpus domini.

¶ Qualis turbido:euripides auctor hui⁹ parabolæ sic ait DAN.
ut uir nauticus temonem capit:aptans funibus & loris
se hyppolit⁹ harpagauit habenas. ηωασηνιαχεροι νελκ
ιλεκω μανωσ τεναβατησ ανιριμα σινειστουμισθεν
αρησαοδεμασ &c. Tum uero pauida:territi equi habenas contemserunt ui currum distulerūt usus aurigan
di nō amplius prefuit dominum rapuerunt in duras petras. Euripides: αιλενλ ακξυσαθζομιαμυριγενηγ ναθο
ισ βιαφερουσι &c. Phaetonta:currus indignans diem
esse cōmissum filio solis:ita phaetonta excussit quēadmodum suæ equæ excusserunt hyppolitum. phaeton lapsus
e curru paterno quem temere & patre inuito inscēderat
decidit preceps in padum quem postea eridanum græci
uocauere a pœna ipsius phaetontis. Ouidius in tristibus
meminit elegāter huius præcipitii:uitaret cœlū phaeton
si uiueret: & quos optauit temere. tāgere nollet equos.
Plynius in tertio perstringit. Mœstæque canes. fidelissimi ante omnia homini sunt canes:& pugnasse sæpius cō
stat pro dominis:auctor Plynius in octauo na. histo. Canis ille homericum age quanta fide erga Vlixem spectat⁹
est:mera canis erigones indicando Icari scrobē quam sagax quam memor fuit. quis nesciat canem illum a ioue
Europæ custodiendæ datum quanta cura Europem custodierit:qui postea donatus Cephalo missus est contra
uulpem in agro thebano insuperabilem themidis numine conuersus est in marmor.

Toruusq; currus ante trepidantes stetit.
Contra feroci natus insurgens minax
Vultu:nec ora mutat:magnum intonat:
Haud frangit aīum uanus hic terror meū
Nā mihi prīnus uincere est tauros labor
Inobsequentes protinus frænis equi
Rapuere currū. iamq; deerrantes uia
Quacūq; pauidos rapidus euexit furor:
Hac ire pergunt:seq; per scopulos agunt
At ille:qualis turbido rector mari
Ratem retentat:ne det obliquum latus.
Et arte fluctus fallit:haud aliter citos.
Currus gubernat:ora nūc p̄stis trahit
Constricta frenis:terga nūc torto frequēs
Verbere coercet: & seqtur assīdu⁹ comes
Nūc æqua carpēs spatia: nūc cōtra obui⁹
Incurrit corniger ponti horridus:
Tum uero pauidæ sonipedes mēte exciti
Imperia soluunt:seq; luctantur iugo
Eripere recti in pedes:iactant onus
Præceps in ora gnatus implicuit cadens
Laqueo tenaci corpus quanto magis
Pugnat:sequaces hoc magis nodos ligat:
Sensere pecudes facinus & curru leui
Dominante nullo qua timor iussit ruunt
Talis per auras nō suū agnoscens onus.
Solisq; filio creditum indignantis diem
Phœtonta currus deuio excussit polo.
Late cruentat arua & illisum caput
Scopulis resultat. auferūt domini coma:
Et ora durus pulchra populatur lapis.
Peritq; multo uulnere infœlix decor.
Moribūda celeres mēbra puoluunt rota
Tandēq; raptū truncus ambusta fudens
Mediū per inguen stipite eiecto tenet
Palūq; domino currus affixo tenet.
Hæsere biiuges uulnere & pariter morā
Dominūq; rūpunt. inde semīaīem secant
Virgulta acutis asperi uepres rubis.
Omnisq; truncus corporis partē tulit.
Errat per agros funebris famuli manus
Per illa quæ distractus hyppolitus loca.

BIB. ¶Nota.signis cruentis. Mœste propter mortẽ domini nam canis præter alia animalia amicissimus est homini. Nec dum.nondum inuenerat totum corpus quãdo discessi. Dolentũ.dolentiam famulorum. Sedulus.diligens. Explere.in totum inuenire. Hoccine.facta narratione subiungit nuncius deplorationes mortis hyppoliti. Passim:hic & illic. Cõfertur de multis locis fertur ad funus. O nimiũ.theseus audiens mirabilem mortem filii non potest se cõtinere lachrymis. Inuiti:uelimus nolimus ue.habebam nuper odio filium quem moriturum optabam & nunc mortuum flere cogor. Haud honeste: non conuenienter:si desiderabas illum mori.quid nunc flesillum. Equidẽ:certe imo lugeo & puto hũc esse cumulum malorum quãdo ultra malũ quod uolebam accidit completũ est. Efficit.complet. Abominanda.detestanda. Interemi:& ꝙ fuerim causa mortis.



Vanti.nũc inducit̃ chorus deplorãs hũc casum:dicẽsq; res humanas fortuna & casibus agi:magnosq; uiros i primis illis eẽ subiectos ueri⁹ dimeter anapestic⁹. Quãti.quã magni. Obscura: in ora: humilis hois. Casa.domus uilis. Securos.sine metu. Admota:iuncta ad uicina.qui habitent sublimia tecta illi sunt qui uentos & fulmina sentiũt.& ꝑcellã iuidiæ.Vallis:loc⁹ dep̃ssus.Gaucasus.mons scythiæ. Phrigiũ nemus.ida silua & mons in phrygia:ubi colebat̃ cybeles. Metuens cœlo.pro cœlo suo gigãtes olim uoluerũt ire i cœlũ:ideo timẽs semp dicit alta:& est fabulose dictũ. Hora:quia nullus status durat. Prestat.seruat:nã altos multotiẽs deiicit. Qui clara.reducit ad ꝓpositũ suũ. Theseus mõ rediẽs abiferis cũ multũ debuisset gaudẽr:uenit ad tantã miseriã. Videt theseus.quæ nõ uidebat in iferno. Morte relicta.inferno. Reditus.dolet qđ reuersus sit. Ipsq; uidet hospiciũ patriæ suæ:qđ est sibi pei⁹ quã infern⁹. Pallas.tu nihil obligata es plutoni patruo tuo qđ reddidit tibi regẽ patriæ:quia nihil ꝑdidit de numero suo restituit unũ & acceꝑit aliũ hyppolitũ. Acteæ. athenienſi. Casta.tu pallas. Rapaci.qui oia rapit. Cõstat nũc diminutus est. Quæ uox: uersus hic iambicus: dat chorus locũ sequenti scenæ audiens phœdram furentem. Stricto:nudato gladio. Vecors furiosa.

DAN. ¶Nec dum dolẽtum.sic laceratus atq; distractus est ille clarus comes imꝑii paterni hyppolit⁹ ut tristes famuli etiã multum laborantes nondum rogo cremandum cadauer totum colliget. O nimium.theseus non potest a lachrymis temꝑare audiens filium tam miserabili morte distractũ:pœnitentia facti adductus theseus apud Euripidẽ sic dolet ad arthemi.heu heu heu.α.α.α domina utinam morerer.ὀιμοι.α.α.α.δεσμολοδιντιν cõtra diana illi respondet:mordet te meus sermo o theseu sed cessa hinc audisti.quãdo plus doloris. scias tres manifesta s p̃ces habere quarum unam sumpsisti pessime: λακνεισε θησευμυθοσαλεχησυχοστουνιθεν λακουσαοσα νοιμοαισ τκεοναχθοισθα ματροστρεισαρασ αφειο εχεινωντυνμιαντωαρειλεσωκκακι ζεσυ. Oquãti casus: hic chorus patitur in duo prius ingemescit & dolet secũ ipse uicem hyppoliti qui ꝑierit iniuste & falso:mox thesei & Phœdræ amarissima sequit̃ deploratio.est aũt tricolos & carmen nonum:nam ptimo habet pindaricũ iambicũ nouenariũ dimetrũ pẽtimemeri heroica.scdo saphicũ.ibi pallas acteæ: tertio archilochiũ trimetrũ ibi. Quæ mox.o q̃tis casib⁹ rotamur miseri:q̃ securã degunt uitã iopes.diuites uero quot uexant̃ procellis & casibus.

Longum cruenta tramitẽ signũt nota
Mœstæq; domini mẽbra uestigãt canes
Nec dum dolentũ sedulus potuit labor
Explere corpus:hoccine est formæ decus:
Q ui modo paterni clarus ĩperii comes
Et certus hæres:siderum fulsit modo
Passim ad supremos ille colligit̃ rogos:
Et funeri confertur. The. Omniũ potens
Q uãto parentes sanguinis uinclo tenes
Natura:quam te colimus inuiti quoq;:
Occidere uolui noxium:amissum fleo
Nũ.Haud flere hõeste qſq̃ q đ uoluit põt
Th.eqdẽ malo & maximũ hunc cumulũ
Si abominãda casus optata efficit: ¶reor:
Nũ.Et si odia seruas cur mãdet fletu gene
Q uod th.interemi:nõ quod amisi: fleo.

Chorus.

o Q uanti casus humana rotant:
Minor in paruis fortuna furit:
Leuiusq; ferit leuiora deus.
Seruat pallidos obscura quies.
Præbetq; somnos casa securos.
Admota æthereis culmina sedibus.
Duros excipiunt notos:
Insani boreæ minas:
Imbriferumq; chorum.
Humida ualli raros patit̃ fulminis ictus.
Tremit telo iouis altisoni
Caucasus ĩgens:phrygiumq; nemus.
BER. ¶ Quicq; inuocat quocq; neptunũ & plutonẽ qui dicunt habere regna. Cuius dextra: facit imprecationẽ contra illũ qui interfecit laiũ: & est ordo tecta & lares nõ ferant. i. sustineant hunc cuius dextra laius occidit. Hospitalis: humana sed deserta uel habitata feris. Thalamis: coniugio materno: ut habeat matrẽ in uxorem. Nunquid: parenthesis est. Quicquid fugi: scilicet quod erat prædictum oraculo de me: quod iã diximus. Venie: si reperiam interfectorẽ non illi parcã. Hospes peregrinus: ut se putabat. Regna: scilicet thebana. Quæ reliqui: scilicet corinnã se putabat filium polibi. Penetrales: domesticos. Solo: terre intelligit corinthum in isthmo interioniũ & ægeũ. Et ipse: intelligit apollinẽ qui dabat responsa per phœbadẽ puellam. Cirrheæ: a cirrha ubi colitur apollo. Ita molle quetum ita pater meus habeat uitã securã per totum tẽpus suum: sicut non dabo ei ueniam. Merope: uxor polibi. Faces: matrimonium. Sed: quo uertit se ad creontẽ: ut dicat sibi qualiter interfectus est laius. Iacet: mortuus est. Frondifera: respondet creon quod interfectus est laius dum peteret oraculum apollinis. Castalie: fons in parnaso dicatus musis. Obsitũ: densum spinis. Trigemina: describit iter: erat una uia uersus olenõ: alia uersus corinthum alia ad tẽplum phocidos. Gratum: quare ibi colitur. Vnde altus: parnasus qui est mons phocidis. Biceps: qui duos colles habet. Ima: planicie. Acto: eleuato: sine difficultate ad ascendendũ. Bimares: terras: intelligit corinthum ut diximus inter duo maria quæ ciuitas est in isthmo achate teste eusebio de tẽporibus a sysipho latrone eoli filio constructa. cercyra cognominata: deinde aucta epira uocata: post hæc euersa & a corintho orestis filio instaurata corinthus nominata fuit ultimo a romanis incensa: ut ostendit florus de bello achaico: & Iustinus lib. xxxiii. Olenia: hæc est tertia uia quæ ducit uersus boetiam ubi est olenos ciuitas teste iginio in astronomia ubi caprã amalteam nutritã fuisse asserit: aliã ostendit Homerus in secundo iliados ciuitatem ætholiæ iuxta quam aper Calidonius occisus dicitur. Caua: inter mõtes per locum concauum & est illa uia propæ fluuiũ alpheum qui fluit per helidem. Hio: in isto loco. Fretũ pace: laium confisum pace cum nullum haberet bellũ nõ multos stipatores habebat: unde turba prædonum illũ interemerunt. Subita manus turba ex improuiso exiens loca occulta ut faciunt latrones. Tulit facinus: fecit scelus regem: In tẽpore: dat locum sequenti scœnæ uenit tyresias uates qui sciet nobis exponere quis iterfecerit Laiũ & oraculũ apollinis: hic dictus est quandoq; fuisse fœmina postea uir: unde orta cõtrouersia inter iouẽ & iunonẽ cui maior uoluptas ueneris inesset an uiro an fœminæ: causa delata est ad tyresiam qui utrũq; erat expertus: hic respondit maiorẽ uoluptatẽ esse fœminæ: quare indignata iuno q̃ contra ipsam sententiã tulisset eum obcecauit motus enim iuppiter miseratione ut cecitatẽ solaretur artem uaticinãdi illi tradidit cecũq; patrem pia filia manto tegebat quæ postea thebas fugiens cũ filio ẽno in galliã cisalpinam mantuã cõdidit filius & a nomine matris appellauit. Tremulo: quare senex erat.

Noctiuaga phœbe quiq; uentoq; potens
Aequor per altum cæruleos currus agis.
Et qui carentes luce disponis domos.
Adest: cuius dextra latus occidit.
Hunc nõ quietum tecta. non fidi lares
Non hospitalis exulem tellus ferat.
Thalamis pudendis doleat & ple impia.
Hic & parentem dextra perimat sua.
Faciatq; nũquid grauius optari potest.
Q uicqd ego fugi. nõ erit ueniæ locus
Per regna iuro: quæcq; nũc hospes gero
Et quæ reliqui: perq; penetrales deos
Per te pater neptune qui fluctu breui
Vtrũq; nostro geminus alludis solo
Et ipse nostris uocibus testis ueni.
Fatidica uatis ora cirrheæ mouens.
Ita molle senium ducat & summũ diem
Securus alto regat in solio parens.
Solasq; merope nouerit polybi faces
Vt nulla sontem gratia eripiat mihi.
Sed quo nefastũ facin⁹ admissum loco ẽ.
Memorato mare apto an insidiis iacet:
Cre. Frõdifera scẽ nemora castaliæ petens
Calcauit altis obsitum dumis iter:
Trigemina qua se spargit in campos uia
Secat una gratum phocidos baccho solũ
Vnde altus ima deserit cœlum petens:
Clementer acto colle parnasus biceps.
At una bimares sisyphi terras adit.
Olenia in aura tertius trames caua
Conualle serpit: tangit errantes aquas:
Gelidumq; dirimit amnis elidis uadum.
Hic pace fretũ: subita prædonum manus
Aggressa ferro facinus occultum tulit.
In tempore ipso sorte phœbeia excitus
Tiresias: tremulo tardus accelerat gradu.
Comesq; manto luce uiduatum trahens.
Oedipus Tiresias Mãto Oedi loquit.

DAN. ¶ Æquor per: iuxta illud Virgilii atq; leuis summas curru plabitur undas. Perimat: quẽ iam pemerat imitatio sophoclis. ενι τωι λιτω τυραννω. Vt nulla sontẽ gratia: nõ abibit impune neq; ullã a me impetrabit gratiã. Sed quo in loco: apud sophoclẽ in domibus uerũ an in agris. λεν οι κοισ ννα γροισ ο ααισ. Subita p̃donum: inuadunt laium securũ propter pacẽ & truncant proprie prædouũ dixit q laiũ uti prædã occuparũt sed etiam imitatione sophoclis in psona creõtis λησασ εφασκεσον τυχοντασ. ουμια. est enim ppria λησανσ prædicator. uñ mineruã: quia præest prædæ in armis dicunt λητιδα. In tempore ipso: parasceue sequẽtis epitaseos in qua fit incrementum nouarum pſonarũ Tyresiæ natis uictimarũ exta & sacram flãmã attendentis ut soluat ænigma œdipo & Mantus puellæ patre orbo colorẽ flammæ & intestinorum motum explicantis œdipus rogat respondet Tyresias inuitus.

¶ Sacrate

SAcrare diuis rogat œdipus tyresiã ut dicat qs fuerit interfector lai. Proximũ: secundũ in diui natione. Quod tardo: rñdet tyresias non ita cito se posse dicere cum cæcus sit sed tamen uelle propter utilitatem reipublicæ: facit adduci tantũ ad aras: & filiam dicere signa quæ apparent. REB.

Fatum: ad explicandum ueritatẽ oraculi. Visu carenti: qa nõ possum uidere signa q̃ apparent: unde oportet ut sciã ab alio. Fruanť. intelligantur & trahuntur in lucem. Fata: oracula apollinis. Si foret si haberẽ ætatem iuuenilẽ reciperem spm̃ phœbi sed nõ possum. q̃ senex nõ posse tolerare spm̃ qui multum præmebat: ita ut exiens ex corpe phœbadis multotiẽs relinq̃ret ipsam semianimẽ: ut Virg. pla ne scribit in. vi. ænei. Excuterẽ: loquiť per translationem tanq̃ apollo esset eques & ipe equus quẽ deus præmeret.

Acrate diuis ꝓximũm phœbo capꝫ
S Rñsa solue. fare quẽ pœne petant
Tir. qd̃ tardo fatum. lingua qꝫ q̃rit
Haud te qd magnaíe mirari ꝺcet (moras
Visu carentem magna pars ueri latet.
Sed quo uocat me pria duo phœbꝰ seq̃r
Fata eruantur si foret uiridis mihi
Caliduſq; sanguis: pectore excuterẽ deum
Apellite aris candidum tergo bouem
Curuoq; nũquam colla depressum iugo
Tu lucis inopem gnata genitorem gerẽs
Manifesta sacri signa fatidici refert.
Mã. opima scãs uictima ante aras stetit:
Tir. In uota superos uoce solenni uocat
Arasq; dono thuris eoi extrue.
Man. Iam thura sacris celitũ ingessi focis
tir. qd flãma: largas iã ne cõphendit dapes
Mã. subito refulsit lumẽ & subito occidit
Tir. Vtrũ ne clarus ignis & nitidus stetit:
Rectusq; purũ uertice cœlo tulit:
Et summa in auras fusus explicuit coma:
An latera circa serpit incertus uiæ:
Et fluctuante turbidus fumo labat:
Man. Non una facies nobilis flãmæ fuit
Imbrifera qualis implicat uarios sibi
Iris colores: parte quæ magna poli.
Curuata picto nuncíat nimbos sinu:
Quis desit illi: quisue sit dubites color
Cærulea fuluis mixta oberrauit notis:
Sanguinea rursus: ultimũ ĩ tenebras abit:
Sed ecce pugnax ignis in partes duas
Discedit: & se scindit sacri unius
Discors fauilla: genitor horresco intuens
Libata bacchi dona permutat cruor.
Ambitq; densa: regium fumus caput
Ipsoq; circa spissior uultus sedet.
Et nube densa sordidam lucem abdidit.
Quid sit parẽs effare. Tir. qd fari queam.
Inter tumultus mentis attonite uagos
Quid nã loquar: sũt dira: sed ĩ alto mala
Solet ira certis numinum ostendit notis.
Quid istud est quod esse ꝓlatum uolũt
Iterumq; nolunt: & truces iras tegunt

Excuterẽ deũ: explicarem oracula phœbi. Appellite adducite. iubet ut adducãt taurũ ad aras: q̃ nunq̃ sit iunctus iugo. Depressum colla: q̃ nunq̃ habuerit colla depressa: idest subiecta iugo. Tu refer: filia manto dices mihi signa q̃ apparebũt. Optima: pinguis iam stat uictima ad aras. Extrue: cõpone. Ingessi iposui rñdet filia. Quid: flãma dic mihi signa si flamma ascẽdit recte uel expandit.

Cõprehendit occupat. Subito reuulsit: emicuit & statim mortua est qd̃ monstrũ illũ qui statim factus est rex statim priuabitur. Rectus stetit: erectus fuit unde uadit flãma recte. Explicuit: explanauit. Comam. flammas.

Incertus: nescies an erectus an sparsus. Labat. tremit.

Non una facies: una apparẽtia: sed uarii colores quales ostẽdit iris arcus cœlestis tẽpore pluuio. Curuata: in flexa iris quæ dr̃ nuncia iunõis. Sinu: curuatura in forma arcus. Picto: uariis coloribus distincto. Nimbos: futurã pluuiam. Quis desit: uidentur esse omnes colores & tñ nullus est certus. Illi. s. flãmæ. Cærulea: interdũ sunt colores sanguinei: aliquando cærulei. Notas fuluis: signis sub nigris fuluus color est ex ruffo ac uiridi mixtus: unde fului leones dicuntur. Sed ecce apparet aliud signũ flamma diuiditur in duas partes: quod significat duos filios diuisos. s. etheoclem & polynicem. Pugnax: qui iter se pugnat. Discors: discedens in diuersa. Libata: infusa uinum mutatur in sanguinẽ. Ambit: præterea circa caput regis œdipi est caligo & fumus quo significať cæcitatẽ & lachrymas. Tumultus uagos: diuersas agitationes stupidæ mẽtis nescio qd loquar. In alto: ꝓfundo nõ bene intelliguntť. Solet ira deoꝝ significari certis signis.

Prolatum demonstratum uidetur uelle significare postea non quia obscura sunt. Tegunt: celant.

DAN. ¶ Sacrate diuis: apud Sophoclẽ alloquitur in hæc uerba omnia consideras Tyrhesia doctissime: quanuis non cernas multum tamen intelligis pariter ωϖαντανομωνρεριρεσια διδακτα τε ϖολυμεγει και μνβλετωεσφροενισδομωσ ad uerbum facta latina e græca est hæc scœna habeto codicem sophoclis ante oculos. Quid fari queã: adeo cæca sunt & recondita istæc mysteria & difficiles mẽtes supẽrum ut quid sentiam uix mihi in manu sit proloqui & augurari: fuit tyrhesias thebanus piretri filius homo cæcus indignatione Iunonis qꝫ tã fœminas q̃ uiros in furiam ueneris proniores uehementioresq; indicauisset: cæterum Iuppiter cecitatis tenebras honore uaticinii illustrauit auspicia. siquidem referente Plinio primus inuenit in necromantia admodum excellens fuit: iccirco datur dux ulyxi ad inferos ab homero in κ odisseæ. ψυχηχρε σομε νουσθηβ αιουτειρεσιαο μαντιοσαγλαουτου τιφρενεσε μϖελοιεισι. & cætera. filiam habuit Manto cuius filius bianor Mantuam urbem Venetiæ floridissimam: an Virgilii Maronis natalibus celeberrimam condidit qui de memoria ani tyrhsiæ portam quæ ducit ad diuum benedictum Tyrhesiam appellauit.

BER. ¶Pudet:hoc erat propter cōcubitum œdipi cum matre. Mola:pulte ex farina ſale & mero q̄ ſpargebant inter cornua uictime priuſq; ſacrificarent. Sacra:uictime parate ad ſacrificium.i.taurus. Patiuntur.permittit ſe tangi manibus nam ſoluta uictima erat ante aras & ſi fugiebat habebatur malum ſignum. Placido uultu:quaſi uelit ſacrificari. Expauit:timuit lucem quod ſignificat œdipum futurum cecum. Poſitus:locatus a me uerſus ſolem Obliquat:per trāſuerſum uertit. Vno ne:dicit tyreſias uigilia & dic mihi ſi moriuntur uno ictu. Afflicti:pcuſſi. Iuuenca:reſpondet manto quod iuuenca ſponte uenit ad uulnus & uno ictu cecidit:q̄ ſignificat iocaſtam cito ſe interfecturā:taurus autem bis ictus in diuerſa errans ſignificat œdipum qui ſemel uoluit mori & non potuit non permittēte filia antigone. Vtrum:rogat tyreſias an multus ſanguis an paucus exeat dicit manto quod iuuenca effudit multum ſanguinem quod ſignificat iocaſtā & taurus fudit paucum quod ſignificat œdipum non mori:ſed uagari. Micat:exilit. Irrigat:lente ueniens.ſ. Amnis:unius fluuius.i.copia ſanguinis. Patet:apertum eſt per uulnus. Huius.ſ.tauri. Imbre:leui ſanguine. Ictus uulnera. Verſus:retro ſanguis nō labit̄ ſicut deberet:ſed fluit per uultū atq; oculos q̄d ſignificat oculos œdipi fœdandos ſanguine. Ede.dic ſigna inteſtinoꝝ. Exta:inteſtina mouētur cum tāto impetu ut uix poſſint teneri:aparuerat manto taurum. Trepidant:ſaliunt. Manus.ſ.tenentiū. Nouis:inuſitatis. Cor:quod primū eſt iter exta uidet̄ putridum. Lient:habent colorem nigrū. Fibris:extremitatibus cordis nō ſunt itegra p̄cordia. Abeſt:nō eſt. Iecur:eſt aſperſum felle:& habet duo capita q̄d nunq̄ apparuit ſine magno dāno regni. Tabidum:putridum q̄d ſignificat duos filios odio plenos:& amaritudine iter ſe pugnaturos de regno. Sed utrūq;:ſunt bina capita:ſed utrūq; occultat̄ pellicula:tam apparens quaſi ſub uitro. Toris:equalibus pulpis & eminētiis. Cæſum:quaſi iterrupt̄ū:

Negans:latebram quare tacit illa apparere hoc ſignificat duos fratres nō diu dominaturos:cum cito morituri ſint. Hoſtile latus:facientes extipitium equaliter uictimam diuidebant:accipiebant unam pro illo pro quo uolebant uaticinari aliā pro parte aduerſa & hoſtili:quāuis nō fuiſſet hoſtis. Vnde:aduerſa pars ibi habuit maiorē uigorem. Hoſtile latus:pars pro hoſte. Inſurgit:eleuatur. Tendit:q̄re illæ uenæ ſunt plenæ ſanguine & eſt una uia quæ ſecat illas q̄d ſanguis nō dimittit̄:ire hoc ſignificat polinicem uenturū thebas cū ſeptē ducib⁹ qui ibi oēs morient̄. Obliquus:uia facta per tranſuerſum.

Reuerti:retro currere. Mutatus eſt ordo naturæ:nulla ps eſt in loco ſuo:q̄d ſignificat œdipū nullū ordinem naturæ ſeruaſſe. Acta:retro ipulſa. Animæ:ſpiritus. Dextra:ubi eſt locus pulmonis. Omenta:inteſtina parua hoc eſt membrane tenues que ambiunt inteſtina. Mollitudine:tenui uolutione. Natura uerſa eſt:puerſa. Scrutetur:inqrat̄ unde ueniat tanta putredo. Cōceptus:filius iuuenca erat prægnans:& fœtus non erat in loco quod ſignificat matrimonium filii & matris. Infauſte:ſignificantis infœlicitatem mouet ſcilicet uitulus.

DAN. ¶Vultū:ambitioſe uultū dixit de irrationali ſed uultū pro facie accipit. Animam:duo genera hoſtiarū ponit theodoſius unum uoluntariū in quo uolūtas deoꝝ diſquirebatur de quo crediderim ſenecam potius hic intelleXiſſe q̄is animam reluctātem dixerit in morte ſimpliciter accipiendo & poeta mātuanus meminit:pectudūq; reclusis pectoribus inhians ſpūmantia conſulit exta:alterū aīale in quo ſola anima deo ſacrificabat̄ idem aīaq; litandū argolica & hanc tibi eryx meliorem aīam &c. Sed æde certas:ecce liqdo patet quod genus hoſtiæ tetigerit poeta. Exta:eminentiæ dicuntur uiſcerū dicta q̄d extant & eminent.nam quæ ſecantur ad uſum diuinæ uoluntatis explorandæ maxime eminent inde extiſpices dicuntur extoꝝ inſpectores. Cōceptus.i.fœtus ſubſtātiue cōceptio bouis uno initu peragit̄ quod ſi forte

Pudet deos neſcio.q̄d huc ꝓpe admoue
Et ſparge ſalſa colla taurorum mola.
Placido ne uultu ſacra & admotas man⁹
Mā.Altū taur⁹ attollēs caput patiunt̄
Primos ad ortus poſitus expauit diem
Trepiduſq; uultū obliq̄t & radios fugit.
Tir.uno ne terrā uulnere afflicti petunt.
Man.iuuēca ferro ſemet ſuppoſito īduit:
Et uulnere uno cecidit:at taurus duos
Perpeſſus ictus huc & illuc dubius ruit.
Animāq; feſſus uix reluctantē exprimit.
Tir.Vtrū citatus uulnere anguſto micat
An lentus altas irrigat plagas cruor:
Man.Vnus ꝑ ipſam qua patet pect⁹ uia
Effuſus amnis huius exiguo graues
Maculant̄ ictus imbre:ſed uerſus retro
Per ora uultus ſanguis atq; oculos redit:
Tir.Infauſta magnos ſacra terrores cient:
Sed ede certas uiſcerū nobis notas.
Man.Genitor q̄dē nō leui motu uti ſolet
Agitata trepidant exta:ſed totas manus
Q uatiūt nouiſq; profilit uenis cruor.
Cor marcet ægrū:penit⁹ ac merſum latet
Liuētq; uenæ magna pars fibris abeſt:
Et felle nigro tabidū ſpumat iecur.
Ac ſemper omen uinco imperio graue
En capita parib⁹ conſurgūt bina thoris:
Sed utrūq; cæſum tenuis abſcōdit caput
Membrana:latebram reb⁹ occultis negās
Hoſtile ualido robore inſurgit latus.
Septemq; uenas tendit has omnes retro
Prohibens reuerti limes obliqu⁹ ſecat.
Mutatus ordo eſt ſede nil ꝓpria iacet:
Sed acta retro cuncta:non animæ capax
In parte dextra pulmo ſanguineus iacet.
Non leua regio cordis nō moli ambitu
Omenta pingues uiſcerū oſtendūt ſinus
Natura uerſa eſt:nulla lex utero manet.
Tir.Scrutet̄ unde rant hic extis liuor
Man. Q d̄ nefas ē:cōcept⁹ īfauſtæ bouis.

si forte perrauit uigesimo p⁹ die marē fœmina repetit. parit mēse decio sed si parit citra fœtus: iutilis est coit⁹ bouis ē ab ortu delphini ad pridie nonas ianuarias diebus triginta scribūt Aristoteles Varro. ply. auspicia ac comodari solēt scdm demōstrationes iterpretū: itē in extipiciis cōtingit q̄litates futuroꝝ ex intestinoꝝ motu cōsiderari: quæ oia falsa esse & cassa cōtendit lactātius: & in ciuitate cœlesti doctissimus Aug. & Eusebius.

¶ Micāt: mouent. Artus: mēbra uituli. Fibras artus: paruas uenas. Liuidus: niger. Trūci: pedes uituli. BER.

Tentāt: tanq̄ uelint ire. Ianue: quare nō pōt se mouere. Petit: uidet uelle facere impetū contra ministros.

Ne more solito positus alieno in loco.
Implet pentem. mēbra cū gemitu mouet
Tremulo rigore debiles artus micant.
Infecit arctas liuidus fibras cruor.
Tentantq; turpes mobilē trūci gradum
Et inane surgit corpus ac sacros petit
Cornu ministros uiscera effugiunt manu
Tir. Neq; ipsa q̄ te pepulit armēta grauis
Vox est nec usquā territi fugiunt greges.
Immugit ore segnis. & trepidant foci
Oedi. Q uid ista facti signa terrifici ferāt.
Exprome: uoces aure nō timida hauriam:
Solent extrema facere securos mala.
Tir. His iuidebis q̄bus opē quæris malis
Oedi. Mēora q⁹ unū scire cœlicolæ uolūt
Contaminarit rege quis cæso manus:
Tir. Nec alta cœli quæ leuis penna secat.
Nec fibra uiuis tracta pectoribus potest
Ciere nomen. alia tentanda est uia.
Ipse euocandus noctis eternæ plagis
Emissus erebo: ut cædis auctorem indicet
Referenda tellus ditis implacabile
Numē p̄cādum populus infernæ stygis
Huc extrahēdus: ede cui mandas sacrum
Nā te penes quē sūma regnoꝝ est nefas
Inuisē ūbras œdi. te creo hic poscit labor
Ad quē secundū regna respiciunt mea.
Tir. Dū nos ꝑfūde claustra laxam⁹ stygis
Populare bacchi laudibus carmē sonet.

Corus.

Ffusā redimite comā mutāte coribo
e Mollia nyseis armati brachia tyrsis
Lucidū cœli decus huc adeas uotis
Q uæ tibi nobiles thebæ bacchæ tuæ
Palmis supplicibus ferunt.
Huc aduerte faueus uirgineum caput.
Vultu sydereo discute nubila.
Et tristes erebi minas auidumq; fatum:
Te decet cingi comam floribus uernis
Te caput tyria cohibere mitra:
Hederaq; mollē bacchifera religare frōtē
Spargere effusos sine lege crines:
Rursus adducto reuocare nodo.

Fugiūt qđ significat inobediētiā filioꝝ œdipi. Neque: filia noli credere q⁹ hæc sit uox boū q̄ audita est. Grauis: horrēda. Pepulit: pcussit. Territi: qñ timēt uictimæ musiunt & fugiūt: Ignis: mugit in aris. Trepidāt: mouentur. Quid ista petit œdip⁹ qđ significēt ista signa. Exprome: explica uates tyresia. Sacri terrifici huius sacrificii faciētis terrorē. Extrema mala. q. d. iam habui oia mala: ita potero i trepidus audire. Inuidebis: ueniat tp̄s qđ uelles mori peste: cōtra q̄ queris auxiliū & nō poteris. Hiis malis: huic pesti. Memora: dic saltē: qs iterfecit regē. Necalta: rīdet tyresias p extipitiū aut auspitiū nescirem tibi dīre nomē iterfectoris regis: sed opus est ut uideā p nigromātiam. Pēna. s. auis uolātis. Secat alta: uadit p sublime cœlum. Nec fibra: uena. Viuis: adhuc palpitātibus. Ciere: dicere nomē interfectoris. Tentāda: expienda. Ipse. s. laius rex mortu⁹. Plagis: regionib⁹. Notis: tenebraꝝ inferni. Emissus. s. laius ab inferno. Referāda: aperiēda: more magico faciebāt fossam i qua ponebāt lac & sanguinem & euacuabāt aīas. Ditis: plutōis. Populus: multitudo aīarum. Ede: dic. Cui mandas: cōmittis: Sacrum hoc sacrificium: nā nō decet regē interesse hiis sacris opus est quod alius pro te interfit. Inuisere: uenire ad uidendum eum. Vmbras: animas infernoꝝ. Te creo: sacrū hoc cōmittit creonti. Lauamus: aperimus. i. dum euocabimus p sacrum aīas ab inferis: interea isti cātent laudes baccho: & sic dat locum sequenti choro.

Ffusam: discēdēte tyresia: thebani deo suo baccho
e cantāt laudes coronati hedera: intellige q⁹ una pschori p̄suadet alteri ut laudēt bacchū & coronentur hedera quæ illi sacra est. Redimite: coronate q̄rte cōiugationis: Corymbis ꝓprie est fructus hedere. Virg. diffusos hedera uestis pallēte corymbos. Mollia: dixit pp habitū bacchi quē capiebāt illi sacrificātes in modū fœminarum: molles uocam⁹ delicatos. Nyseis thyris: hastis bacchicis quæ i uolutæ erāt pāpinis: nyseus a nisa urbe ægypti fœlici arabiæ ꝓpinqua in qua bacchus ferē uinū inuenisse: in eaq; religiosissime colit̄ uel dī a nysapago helyconis ubi fil'r colit̄. Lucidū: mutat uersum: & hic est trochaichus acatalecticus. Palmis: uersus est pindaricus: nec refert si ultima syllaba sit lōga. Virgineū caput: q̄re hēbat uultū uirginis: iberbis & crinitus. Nubila: q̄ tegūt cœlū nr̄m auidū fatū: mortē q̄ nō satiat̄. Cohibere: strīgere & ligare. Sine lege: sine ordine: uersus ē saphicus. Qualis: nutritū prio ab Ino matertera dicūt bacchū deiñ iter nymphas: uñ dicit talis uēies q̄lis eras iter nīphas uestit⁹ uestē muliebri ut iunonē lateres. Nouercā: iunonē. Falsos fe mineos: cū eēs masculus. Lutea: zona cīgulo: lute⁹ color est dilucidior. rutilus q̄lis est color auri: hic uiolæ ei⁹ coloris luteolæ appelant̄. Vñ: ex q̄ rōne placuit tibi obseruare hunc habitum. quare inter puellas fuisti seruatus.

¶ Necalta apud sophoclē apte tñ indicat œdipoda iterfectorem fuisse lai: sed credit œdipus ioco id dici a tyresia φονεα σεφιωι ανδροσουιζητεισ κφρεινεινεωω. Contra. Oedipus nempe gauisus uideris hæc semper loqui nō κοιγε γεθωσ ταυταει γεξειν λοκοισ.

DAN.

¶ Effusam. q̄rtū carmē pythio carmie trochaico acatale-

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu

ctico scriptum chorus inducitur dithyrambum decantans hortat autem seipsum prius ad assumendū sche-
ma bacchanale: postea ingredit hymnum. Lucidum cœli decus: eumolpus in bacchicis carminibus ignicu-
lum radiis dionysium nuncupat. Et Orpheus splendoris auctorem dionysium. Mitra bacchus gerit mitrā
propter dolores qui fumante uino caput aggrediunt: sic loquitur Eusebius eruditissimus. græcissimus.

BER. ¶ Sinus laxi. uestes flexæ ad terrā. Fluidūq; syrma. uestis fluens ad terrā: syrma a syro qđ est traho. Preme-
res leones. dicit bacchus trahi in curru a tygribus & lincibus: alii addūt leones Statius: pmouet effrene dex-
tra leuaq; sequunt linces: & uda mero lābunt: retinacula tygres. Eoe. oriētalis. Gangē. fluui⁹ est indiæ fluēs alue-
us. Araxē: est armeniæ fluuius dicēte Lucano: armeniūq; bibit romanos araxē. Syleno. hic fuit alumnus bacchi
post nymphas. Turgida. inflata uino. Miste. sacerdo-
tes bacchi: misticū græci dicūt oēid: quo in arcanis deoq;
sacris utimur: q̄lia crāt bacchi orgia q̄ noctu clā a sol' m'lie
ribus celebrant: & mysteria archana sacra appellant: unde
dicit. Cōdita orgia. s. secreta sacra. Bassaridū. bacchātiū
bacchus bassareus dictus est: bassarides bache ipsæ dictæ
sunt a bassara ueste quæ usq; ad pedes dimissa est: dicta a
bassara loco lydie in quo fit. Pulsauit. edē. s. cohors bas-
saridū pulsauit tēplum tuū pede saltādo. Sola. s. cohors:
sola sine uiris: uel nocturna. Pāge: pangeū teste Ply. iiii.
lib. thraciæ pmontorium bessis cōterminum & macedo
niæ iunctū: eius septentrionalē ptem pœnas inhabitare
refert Herodotus lib. vi. circa montē regio pāgea. Tre-
itio: uertice. cacumine mōtis ipsius: q est in thracia. Im-
pia menas. baccha furiosa: nā apud thracas primus sacra
bacchi instituta sunt ab orpheo quæ a mulieribus celebra
ri statuit: crinibus passis incedebant idutæ pellibus dāma
rum quæ græce nebrodes appellant: nā nebros græce la-
tine dāma: ibantq; ut furiis agitatæ cū tybiis: cymbalis &
clamore: unde menades hoc est furiosæ appellabant. Ia-
cho ogigio: baccho thebano: iachus a potu iacho uocife-
ro: ogigius ab ogigio rege thebanoq; sub quo primum
diluuium fuisse dixit Varro in plogo tertii libri de re ru
stica. nebride ut diximus nuper: pprie apud græcos dā-
marū pelles nebrodes dicunt a qbus ipsæ bacchantes co-
gnominatæ sunt. Sacra nebride. pelle dāmæ sacris dica-
ta. Conuictæ. s. furiis. Fudere. spserūt: ut moris erat.
Thyades. thyas dr̄ sacrificula bacchi. Virgili. thyas ubi
audito stimulāt trieterica baccho: thyoneus cognomē est
bacchi qđ a thyo qđ est sacrifico: deducit: nā illi adhuc iter
humanos uersanti sacrificia reddebantur: ex quo thiades
quēadmodū a baccho bacchides. Remissa oestro. relicta
a furore oestrū uolatile puum cui nomē asilū est ut dicit
Virg. iii. geor. eo incitant ad cursum iumēta: ibi ponitur
metaphorice. Artus pētheos: membra pētei lacerati a ma
tre agaue. Ignotū nefas: scelus q ipsæ fecerāt ignorātes
pp furorē: unde ignorabāt remisso furore qs pētheū oc-
cidisset. Matertera. ino. Ponti: maris q̄re proiciens se in
mari ut supra uidimus facta est dea una cū filio melicerta
a græcis alba dea: a nobis uero matuta: filiq; aūt palemō &
portunus deus maris appellat⁹ est. Cadmea nā ino fuit cadmi filia ex harmiōe: uxorq; athamātis regis the
barū & bacchi nutrix. Nereidū. nymphaq; mare a nereo pr̄e. Puer: melicerta. Ius hēt: qa deus factus ma
ris & dictus palemō. Cognat⁹ bacchi qa ex semele filia cadmi nat⁹ est bacch⁹ q̄ fuit soror mr̄is palemōis. Te
puer. s. bacche: explicat primā expeditionē bacchi cōtra piratas: nā teste Diodo. dr̄ bacch⁹ sustuliſſe oēs ipios
q in urbe erāt: sed maxime pētheū atq; lycurgū. Rapuit: q̄si ante tps legitimū duxit ad arma. Manus tyrrhe
na turba prædonū aduersus quā parauit expeditionem: nam tyrrheni bacchici olim piraticam exercuerunt.

DAN. ¶ Silenus baccho pædagogus fuit: cui⁹ cōsiliis uirtutē cōplexus fuit auctor Eusebius i secūdo. Bassaridū.
bassaris forma patronimica. bassareus. nomē bacchi declinatū: & trisyllabū. Bassara. uestis talaris. Pellitam
pelles lyncum bassaras uocitāt traces. auctore Eusebio. Oratius uini nō incuriosus: citra tamen tumultēiam
dixit se nolle irritare bassareum inuitū. Menas: patronymicū: & declinatū nomen ab insania & indignatio-
ne. παρα το μηνιζω. iraſcor. Impio: turpis horrēda: ebrii nō aīaduertunt qđ deceat qđue cōtra turpe sit hinc
Oratius ad poetam meum describens: cum fas atq; nefas exiguo fine libidinū Discernūt auidi. Eusebius in
euangelica

Qualis iratam metuens nouercam
Creueras falsos imitatus artus
Crine flauenti simulata uirgo
Lutea uestem retinentes zona:
Vnde tam molles placuere cultus
Et sinus laxi: fluidumq; syrma:
Vidit aurato residere curru.
Veste cum longa præmeres leones
Omnis eoe plaga uasta terre.
qui bibit gāgē. niue unq̄ qsqs frāgit araxē.
Te senior turpi sequitur silenus asello.
Turgida pampineis redimitus tpa sertis.
Condita lasciui deducunt orgia mistæ.
Te bassaridum comitata choris
Nunc eadem pede pulsauit
Sola pangei nunc treitio
Vertice pindi. nunc cadmeas
Inter matres impia menas
Comes ogigio uenit Iaccho
Nebride sacra percincta latus.
Tibi conuicta pectora matres
Fudere comam thirsumq; leuem
Ybrante manu.
Iam post laceros pentheos artus
Tyados œstro membra remissæ
Vult ignotum uidere nefas.
Ponti regna tenet.
Nitida matertera bacchi
Nereidumq; choris
Cadmea cingitur ino.
Ius hēt in fluct⁹ magni puer aduena pōti
Cognatus bacchi numē nō uile palemō
Te tyrena puer rapuit manus.

euãgelica ꝓparatiõe de arcanis myſteriis gẽtilium bacchũ Menollem ꝗrece uocari ꝙſi totum furentẽ tradit.

¶ Nereus: deus marinus poſuit. Te timidũ:adhuc exptũ ſupra mare. Cum mutat quãdo eras aſſuetus tantũ eſſe in pratis. Hinc:explicat apparatũ claſſis bacchi.quẽadmodũ Vir.quoq; facit in ꝓra erat imago leonis fremẽtis:in puppe tigridis. Noua facies.nõ prius uiſa. Demerſos.ſ.in mari:nõ prius uiderant talia inſignia claſſis. Diuite pactolus:ad alias expeditiones trãſit ut plene cãtet laudes ipſi deo:& oriens & occidens & ſeptẽtrio ſenſit gloriã eius. Maſſagetes.teſte Plinio li.vii.maſſagete nobiles ſunt populi ſcythie aſiatice hii cũ per deſerta diſcurrũt ſanguinem ſuoꝝ potant equorũ.dicente Lucano li.iii.longaq; ſarmatici ſoluẽs ieiunia belli:maſſagetes quo fugit equo: uolucreſq; geloni.Licurgi:hic fuit thracũ rex qui bacchũ deũ eſſe negabat:unde dũ conaretur uites incidere crura ſibi amputauit. Terre zedacum:populi ſunt ſeptẽtrionales. Ferocem:te fortẽ. Boreas ferit:ꝑ circuitionem intelligit ſcithas. Mutantes: uagos ut ſæpius diximus. Meotis: palus de qua ſupra ſatis diximus.Frigido.quia ſeptẽtrionalis. Sydus archadicũ:urſam intelligit:quæ dr̃ caliſto archadica ut eiꝰ mutatio ſcribit.ab Ouid. Geminũ paluſtrũ utrãq; urſam intelligit q̃ formã paluſtri faciũt:nã cũ ſeptẽ conſpicianr̃ ſtellæ.duæ q̃ pes & maxie in uno loco uidenr̃ ꝓ bobꝰ habite ſunt.reliq; uero gnq; paluſtrũ ipm ſimulare dicunr̃. Gelonos:ſcithici ppli q ꝑ deſerta ſcythica diſcurrũt. Trucibꝰ puellis.amazonibus. Termodõticacæ dictæ ſũt amazões a termodõte fluuio. Ophioni;thebana:Ophion fuit unus de ſociis Cadmi ſupſtes ex hiis qui ex ſerpentibus nati fuerunt.nam ophis apud nos ſerpens dicit̃ & ophiogenes genitus ex ſerpente:uñ ophioni dicti ſunt thebani ab ophione ſocio cadmi.h.d. pp pentheũ filiũ agaues in ſacrificiis bacchi dilaceratum. Cytheron:mons prope thebas. rætides.prætus fuit ab antis argiuorum regis qui anciã habuit uxorem ex qua quatuor filios genuit meram.euryalã: liſyppẽ & hyphia naſſam quæ cũ eaꝝ pulchritudine ſe iunoni pretuliſſent offenſa dea eis furorem talẽ immiſit; ut uaccas ſeſe arbitrarenr̃.& aratra timentes ſiluas peterent.dicẽte Vir.in bucolicis:prætides implerũt falſis mugitibꝰ agros. Prætides:filie præti. Nouerca iuno. Præſentem:fauẽtem: quia ꝓtides ille incitatæ ſunt furiis fauẽte baccho hoc eſt uino. Naxos:inſula egei una ex cicladibus cunctas alias uini facilitate ſuperans:unde Vir.iii.ænei.Bacchantum quæ iugis naxõ ibi bacheus accipit ariadnem relictam a Theſeo in uxorem. Redimita.circundata. Virginem: ariadnẽ. Penſans dãna:cõpenſans infœlicitatẽ eiꝰ uirginis.Nyctileus latex: uinũ.nã qñ bacchus celebrauit nuptias fluebãt fontes lacte. Nyctileus cognomen fuit bacchi ab eiꝰ ſacris:quæ nocte celebranr̃ acceptũ. Vñ Oui. li.i.de arte. Nyctileũq; patrem nocturnaq; ſacra ꝓcare:& ita nyctileꝰ nocturnus dr̃. Punice:genus ẽ lapidis leuiſſimi.Gramẽ:fluxerũt illa uina ꝑ herbas.Succos uina Nuei lacus pp lac:q; etiã cũ uino ſe ſepat:fluebat aliis locis. DAN.

¶ Nebride:nebris ẽ pellis hinul.Oeſtro:uulgares tabanũ uocãt:cui nomẽ aſilo.Romanũ eſt.œſtũ graui uertere uocantes. Thyades:thyas forma paronymica:ſacerdos liberi pr̃is a furore & impetu.oĩa quæ faciunt ad iniatiõem uocant thyſtia. Cognatus ſororini bacchus & Melicerta:huic ino:illi ſemele fuit mr̃ ut meminit Euſebiꝰ Te thyrrena:hoc mõ narrat pœtarũ ꝑator homerus appuit i ꝓminẽti maris littore bacchus ꝑuberi filis huic q̃tiebanr̃ ꝓ terga pulchræ comæ nigræ.pharũ habebat circa humeros purpureũ.celeriter latrões uiri a naui bñ cõpacta ꝓ mare fulgidũ trãſibãt uidẽtes anuerũt inuicẽ & facto ipetu rapuerũt i naui lætati cor.putabant enĩ filiũ regũ bñ nutritũ.& uiculis uolebãt ligare.niculũ nõ cohibuit illũ:ſed cecidit lõge a manibꝰ & pedibꝰ ipſe

Te timidum nereus poſuit mare:
Cerulea cum patris mutat freta.
Hinc uerno platanus folio uiret:
Et phœbo laurus carum nemus:
Garula per ramos auis obſterpit:
Viuaces ederas ramus tenet:
Summa ligat uitis carteſia.
Ideus prora fremuit leo
Tigris puppe ſedet gangetica
Dum pirata freto pauidus natat.
Et noua demerſos facies habet.
Brachia prima cadunt prædonibus.
Illiſumq; utero pectus coit
Parua dependet lateri manus
Et dorſo fluctum curuo ſubit.
Lunata ſcindit cauda mare
Te ſequit̃ curuus fugentia carbaſa delphĩ
Diuite pactolus uexit te lydius unda
Aurea torrenti deducens flumina rapa
Laxauit uictos artis geticaſq; ſagittas
Lactea maſſagetes q̃ pocula ſãguĩe miſcet
Regna ſecurigeri bacchũ ſenſere lycurgi
Senſere terræ zedacum ferocem
Et quos uicinus boreas ferit
Aura mutantes:quaſq; meotis
Alluit gentes frigido fluctu:
Q uaſq; deſpectat uertice ſummo
Sydus archadium geminumq; plauſtrũ
Ille diſperſos domuit gelonos
Arma detraxit trucibus puellis teruæ
Ore deiecto patieñ terrã:termodõtiace ca
Poitiſq; tãdẽ leuibꝰ ſagittis mites ſunt fcẽ
Sacer citherõ ſãguĩe ũdauit oſiõiaq; cæde
Prætides ſiluas petiere & agros:
Præſentem bacchum coluit nouerca.
Naxos ægeo redimita ponto:
Tradidit thalamis uirginem rectam
Meliore penſans damna marito.
Punice ex ſicco fluxit nyctileus latex.
Garruli gramen ſecure riui:
Combibit dulces humus alta ſuccos:
Niueiq; lacus candidos fontes

autē risit oculis nigris. gubernator aūt itelligēs eē deū increpauit īsaniā remigū. celeriter ipis appent miracula. primo uinum dulce. odorꝫ. p nauē fundi surrexit odor diuinus ad nares. mirabanꝫ nautæ: p malū nauis tēdebaꝫ uitis hic & hic: pēdebāt ab ea multi racēi: circa ipm malū uertebaꝫ hedera floribꝰ. & oēs schalmi hēbāt coronā: stupefacti hortabanꝫ Magistrū applicare littori. cū subito hic leo factꝰ grauiter rugiēs. ille uersus lati coli. hi subito cucurrerūt pauidi ad ꝓrā & steterūt circa gubernatorē magnanimū. hic aūt gubernatorē iuasit illi illico salierūt īdiū mare & facti sunt delphines. solū retinuit gubernatorē & diuitem fecit & dixit. cōfide gubernator & gaude aio. ego. n. sum dionisius furibūdus quem cadmeis semele mixta cū ioue in amore peperit. Hæc ille.

BER. ¶ Lesbia: uina de lesbo optīa & odora hñtia odorē thimi herbe aromatice & apibꝰ dulcissīe: dicēte Vir. i bucolicis. Nerīe galathea thymo mihi dulcior hyble. Magno cœlo hic dicit qđ ariadne nupta baccho deo: & ipa dea fcā est: & in signū cœleste qđ appellaꝫ corōa uersa. Carmē: laudes thalami. Tedas ipm mrimōiū: tede sunt faces q̄ nuptis ferunt. Veniēte. s. in cœlū: ut iuppiter eēt blādus deposuit fulmē. Lucida. ppl'us thebanus pollicet se facere sacra baccho in eternū. Arctos: ursa nescīet nerea. i. mare. nunq̄ ibit ad occasū: nunq̄ hæc stella occidit: ut alie q̄ occidētes dicunt stabulari in mari. Lyei: bacchi formosi.

e ¶ si ipse. Hic est tertiꝰ actus in quo tyresias cognouit per necromātiā nomē interfectoris regis lai: Hoc est œdipū fuisse. Vñ creo tristis reuertit qđ debeat tale nūciū facere: Primo œdipus uidens creontē tristē exhortaꝫ: ut dicat audacter nomē interfectoris. Præfert oñdit. Notas: signa. Capite: morte. Si te: nō uis dicere pro salute reipublice. dicas p salutē regni mei. Cognate domus. Iocasta uxor œdipi erat soror creontis. Nescisse: cupis scire postea te penitebit. Iners: qui ignorare querit doloré suū nō uult remedium: iō melius est scire ut puideā. Ignorātia: uelle ignorare mala sua. Obrues tacebis ad dānū reipublice. Turpis: qñ est medicina est turpis: meliꝰ uolumꝰ egrotari quā uti illa. Pudet. nō uult sanari. Fare: minaꝫ œdipꝰ ni loq̄tur. Erebo: iferno: solus morieris pro oībꝰ. Retegis apis. Mior. s. quā tacere: nihil uilius possem petere q̄ tacere: cū alii petāt: ut pñt loqui. Mutat libertas tacēdi: silētiū: sæpe nocuit. Vbi: postq̄ nō uis cōcedere ut taceā minus cōcederes maiora: Soluit: nō facit scām impiū meū. Coacta: postq̄ cogis me loq rogo te ut placidꝰ audias. Vocis expsse: puim extorte ē aliqs q patiaꝫ pœnes de illis q̄ coactus ē dicere: & legit interrogatiue ē pcul. icipit narraꝫ Creo: describēs locū ubi tyresias cōuacauit aias. Niger: obscurus Ilicibꝰ: ex gñe q̄rcꝰ sunt ilices. Dircea: ubi ē fons dirce. Irrigue: q̄ irrigaꝫ. Exerēs: eleuās. Virēte: q̄re sp est uiridis cupssꝰ. Tēdit: dilatat: putres situ: marcido pedoꝝ; sitꝰ ē mucor nascēs i locis desertis: a sino reliquo. Fessa: ppuetustatē. Fulta: sustētata. Bacchis fructibꝰ lauri. Alnꝰ: arbor ex q̄ fiūt naues. Obuia: opponēs se radiis solis. Nā i cacumine habet densissimas frondes. Enode: sine nodis.

DAN. ¶ Lesbiaꝫ l. soo optimū uinū nasci affirmat donatꝰ in Terē. & pli. refert Cæsarē dictatorē i Epulo tertii cōsulatꝰ dedisse uinū lesbiū. Cādida. pulchra. nā pulcherrimꝰ pīgit bacchus sapho. accedant capiti cornua bacchus eris.

¶ Apud sophoclē creō uereꝫ œdipodi reuelaꝫ q̄ phæbas numīe dictāte de iterfectore lai ꝓnūciauerat iō tiresias apte rē oēm pādi ipsum laiū autumās ab œdipo fuisse pemptū. hic Seneca a sophocle paulo remouet fingēs a tiresia edoctū primo uereri ne si oraculū cædis indicet il-

Et mixta odoro lesbia cū thymo:
Ducitur magno uoua nupta cœlo
Solēne phœbus carmen canit:
Infusis humero capillis.
Concinnit tedas geminus cupido:
Telum deposuit iuppiter igneum.
Condidit baccho ueniente fulmen.
Lucida dū current annosi sidera mundi
Oceanus clausū dū fluctibꝰ ambiet orbē
Lunaq; dimissos dū plēa recolligit ignes.
Dū matutinos prædicet lucifer ortus.
Altaq; cæruleū dū nerea nesciet arctos.
Candida formosi uenerabimur ora lyei.

Actus tertius œdipus Creo.

Oedipus loquitur.

e Tipse uultus flebiles p̄fert notas
Expone cuius capite placemꝰ deos:
Cre. fari iubes tacere quæ suadet metus.
Oedi. Si te ruentes nō satis thebæ mouēt
At sceptra moueāt lapsa cognate domus
Cre. nescisse cupis nosse q; nimiū expetis.
Oedi. Iners malorꝫ remediū ignorātia est
Ita ne? & salutis publice īdicium obrues
Cre. Vbi turpis est medicina sanari pudet
Oedi. Audita fare: uel malo domitꝰ graui
Quid arma possint regis irati scies.
Cre. Odere reges dicta. quæ dici iubent.
Oedi. Mitteris erebo uile ꝓ cūctis caput
Archana sacri uoce ni retegis tua.
Cre. Tacere liceat: nulla libertas minor
A rege petitur. œdi. sæpe uili ligua magis
Regi atq; regno muta libertas obest.
Cre. Vbi tacere non licet: qđ cuiquā licet
Oedi. Impium soluit qui tacet iussus loq
Cre. coacta uerba placidus accipias p̄cor
Oedi. Vlli ne pœna uocis expresse fuit.
Cre. Est ꝓcul ab urbe lucus ilicibꝰ niger
Dircea circa uallis irriguæ loca.
Cupressus altis exerens siluis caput.
Virente semper alligat trunco nemus
Curuoq; tendit quercus & putres situ
Annosa ramos.
Silua iam fessa cadens.
Radice fulta: pendet aliena trabe.
Amara bacchis laurus: & tylie leues.
Et paphyæ mirtꝰ & per īmēsum mare
Motura remos alnus: & phœbo obuia
Enode zephyris pinus opponens latus

Medio ſtat ingẽs arbor:atq; umbra graui
Silua minore ſurgit:& magno ambitu:
Diffuſa ramis umbra defendit nemus
Triſtis ſub illa lucis:& phœbi inſcius.
Reſtagnat humor frigore æterno rigens:
Limoſa pigrũ circuit fontem palus.
Huc ut ſacerdos intulit ſenior gradum:
Haud eſt moratus præſtitit noctẽ locus
Tum effoſſa tellus:& ſuper rapti rogis
Iaciuntur ignes:ipſe funeſto integit
Vates amictu corpus:& frontem quatit
Lugubris imos palla perfundit pedes.
Squalẽte cultu mœſtus ingreditur ſenex:
Mortifera canam taxus aſtringit comam
Nigro bidentes uellere atq; atre boues
Retro trahuntur:flãma prædatur dapes.
Viuumq; trepidat igne ferali pecus.
Vocat inde manes:teq; qui manes regis
Et obſidentem clauſtra leotalis lacus.
Carmẽq; magicũ uoluit & rabido minax
Decantat ore:qcqd aut placat lues
Aut cogit umbras:irrigat ſanguis focos
Solidaſq; pecudes urit: & multo ſpecum
Saturat cruore:libat & niueum inſuper
Lactis liquorem fundit & bacchũ manu
Leuã:canitq; rurſus & terram intuens
Grauiore manes uoce attonita ciet.
Latrauit hecates turba:etiam ualles cauæ
Sonuere:mœſtum tota ſuccuſſo ſolo
Pulſata tellus:audior:uates ait.
Rata uerba fudi:rumpit cœcum cahos:
Iterq; populis ditis ad ſuperos datur:
Subſedit omnis ſilua & erexit comam
Duxere rimas robora:& totum nemus
Concuſſit horror:terra ſe retro dedit.
Gemuitq; penitus:ſiue temptari abditũ
Acheron profundũ mẽte non æqua tulit
Siue ipſa tellus ut daret functis uiam:
Compage rupta ſonuit:aut ira furens
Triceps cathenas cerberus mouit graues
Subito dehiſcit terra:& immenſo ſinu.
Laxata patuit:ipſe pallentes deos
Vidit inter umbras ipſe torpentes lacus:
Noctẽq; ueram.gelidus in uenis ſtetit
Heſitq; ſanguis.ſæua proſiluit cohors.
Et ſtetit in armis omne uipereum genus
Fratrum caterua dante dirceo ſati.
Auidumq; populi peſtis ogygii malum

lum offendat.poſt coactũ minis ĩdicare œdipũ iterfectorẽ extitiſſe.carmẽ eſt qntũ trimetro iãbico. Iners maloꝝ: medicia in impio eſt nihil. Turpis medicina q̃ſi ſatius ſit moriq̃ turpiter ſanari. Tiliæ leues:in tilia Mas & fœmina mari durior ẽ & odoratior materies.cortex quoq; craſſior ac detractus iflexibilis.fœmina fert flotẽ & ſemẽ materia cãdida & p̃cellẽti.nullus aĩaliũ tãgit fructũ foliorꝝ & corticis ſuccũ habet dulcẽ. Acredine nõ ſentit.Pli.& theophraſtus ſcribunt.

¶ Stat eleuata ẽ in medio. Defendit:qa ẽ ſupra alias arbores. Triſtis:ſub hac arbore ẽ fons hñs aquas turbatas: quia nunq̃ ad hũc deſcendit lux:& eſt frigidiſſimus. Inſcius:quare nunq̃ uidet:neq; lucẽ:neq; ſolẽ. Limoſa:plena ceno. Pigrũ qa illiꝰ aq̃ nõ fluit:ſed facit paludẽ. Sacerdos:tyreſias. Haud nõ eſt:moratus nõ expectauit noctẽ ad uocãdũ aĩas:qa locus ipſe p̃ſtitit ipſam noctẽ cũ eẽt ita obſcurꝰ. Effoſſa:ſacrificãtes iferis fodiebãt terrã:& ſupis extruebãt altare. Rogis:ubi cõburunt mortui. Funeſto:nigro.Quatit:q̃ſi minãdo. Perfũdit tegit. Palla:ueſtis lõga. Taxus habebãt coronã de taxo arbore ifœlici. BER.

Bidẽtes:oues nigre deſcribit ſacrificiũ. Predat:cõburit.

Trepida:palpitat: qa adhuc uiuũt. Ferali conuenienti morti:antiq ferã mortẽ appellauerũt. Vocat manes:aĩas & ip̃m plutonẽ q aĩas regis. Obſidentẽ:cerberũ q tenet acceſſum inferni. Voluit:reuoluit ore & p̃fert qcqd placat:aut cogit aĩas q̃ blãdo ſermõe aut minis ĩuocãt. Ciet uocat.Grauiore:magis ſonora & horribili. Latrauit:facto ſacrificio qd ſecutũ ſit demõſtrat. Hecates p̃ſerpine.

Succuſſo:cõquaſſata terra. Audior.manes audiũt uerba mea. Rata:q̃ hñt effectũ:cõtrariũ eſt irrita. Chaos:ĩfernus & tenebroſa cõfuſio. Rũpit:apit:ut ueniãt manes. Ppl'is ditis:aĩabꝰ plutõis. Subſedis:icliata ẽ ueniẽtibus illis. Comã:frõdes:ſicut timẽtibꝰ erigunt pili. Rimas:q̃re ſcidebant.horror:timor. Penitꝰ:peneitꝰ. Dedit:uel qd terra uoluit dare uiã iſtis aĩabꝰ.uel q̃ cerberꝰ latrauit. Abditũ a cõſpectu ſuporꝝ abſcõſũ.nãĩ cẽtro terre ẽ. Acherõ:nõ tulit. Aequa:mẽte & ita ẽ una cã qd terra tremuit. Dehiſcit aperit ſe. Ipſe:uidi oĩa q̃ ſunt ĩ iferno.

Torpẽtes:nõ fluẽtes. Stetit:nõ cucurrit p̃timore.Scæua:tũc exiuerũt aĩæ. Vipiũ genus:oẽs illi ſocii cadmi qui ex dẽtibꝰ ſerpẽtis nati:ſe mutuis uulneribꝰ iterfecerũt:ut ſcribit Oui. Dẽte dirceo illiꝰ ſerpẽtis q erat ĩ fonte dirceo Sati.gẽti. Peſtis:ſupple p̃ſiluit:appoſitiue malũ ppli.

¶ Tum effoſſa tellus:hic excantatoriũ tractat exẽplo homeri apud quem iubetur ulyxes a circe attingere nemus cõſecratum proſerpinæ ubi ſunt ſalices ſteriles & caprifici & excauare terram cubicalem dein fundere uinum mel lac.ενθακτη τελαχεια και αλσεα ωερσε φοκεησ.μακαι ταιγειροι και ιτεαι ωλεσιαρωοι ενθαλεωει θηροσ χριω φθειρ ωελασ ωσσε κελευω βοθρον ορυξαι οσον τεωυ γουσιον ενθα και ενθα. DAN.

Mortifera taxus:apte feralia tractaturus ferali ſtẽnate redimitꝰ eſt taxus arbor triſtis graciliſq; & minime uirẽs dira & nullo ſucco ĩ hiſpania uenenũ letale uaſa uiatoria ex ea facta multos bibẽtes iterfecere tã p̃ntis ueneni in Arca dia ut ſigs ſub ea dormiat cibũ ue capiat emoriat hic toxicũ uenenũ dicit inoxia eſt ſi idat clauus æreus pli.in ſexto decimo hæc. Retro trahunt:retrogradæ rapiunt ad imolationẽ. Etiã ualles:uetuſtiſſimꝰ codex quẽ mihi oñtauit patricius uẽtus hẽt & ter ualles cauæ ſonuere mœſtum.

Subſedit.ẽ ppriẽ ſubſidere deprimi & dimitti hic Oui. ĩ annalibꝰ:põdere terra ſuo ſubſedit & æquora traxit &c.

¶ Ogygii.i.thebani. Auidum:quia non poteſt ſatiari. BER.

Erynnis:furia ifernalis. Furor:dat pſonā furori. Cæcus ab effectu q facit hoies cæcos:nec uera uidentes. Vna ſimul:oia erāt q̄ ſunt i iferno:uel illic naſcunt. Auellēs:ut fit dolētib⁹ q ſibi capillos carpūt:& oīb⁹ iſtis dat pſonas. Lapſū:cadēs mō illuc. Egre.uix. Pēdēs. ſtās i dubio. Nos:facti ſum⁹ attoniti:& ēt ipſa manto quæ aſſueta erat iſtis icātatiōib⁹ pīs timuit ualde. Parēs:ipſe tyreſias nihil timuit:qa nihil uidebat: uñ dicit audax. Dāno:pp dānū oculoq; quos nō hēbat. Exāgue:aiās ſine ſanguie. Feri:q nullis p̄cib⁹ flectit. Illico ponit cōpationē de multitudie aiaq; q̄ uenerūt abiferis. Nebulæ:obſcuritates. Libero apto:qa i iferno hñt aerē cōcluſum. Nō tot:declarat multitudinē p̄r cōpatio nē. Oetha:mōs ē iter theſaliā & macedoniā famoſus mor te & ſepulchro herculis. Caducas:q̄ cadūt ad terrā. Hy bla: ps eſt attice regiōs apib⁹ & melle abūdās teſte Plinio li.xxi. Eſt ēt hybla teſte ſeruio opidū ſicilie qđ nūc megara dī. Medio uere:nā uer in tres ptes diuidit. Alto globo: nam apex nexe pedibus racemū faciūt:& iſta eſt quæ una dī de apib⁹. Alto globo:multitudie apū cōgregata in al tū. Strymōiis fluui⁹ eſt teſte Pli.li.v.q macedoniā a thra cia ſepat:fluitq; a uertice mōtis emi ad quē tpibus calidis mīte grues cōfluūt. Minas hyemes:& frig⁹. Ales:grus. Secās:uolās. Pēſat:cōpēſat: Tēpēte nilo:q̄re uolāt i ægy ptū ad fluuiū nilū ubi ē calor. Arctoas:ſeptētriōales:iſte grues nō uolātin tāta multitudie ad loca calida q̄ta uenie bāt iſtæ aīæ. Son⁹ uatis. uox tyreſiæ. Eduxit:traxit abife ris. Latebras fugiētes lucē q̄rebāt latibula. Prim⁹ poſt gñalē deſcriptionē uenit ad p̄icularē:zet⁹ fili⁹ iouis ex an tiopa q cū fre amphiōe dircē nouercā:ut ſupra dixim⁹: i domitoq; tauroq; caudis diſtrahēda alligauerūt uñ dicit p mēs tauq;. Cheli:cytharā q ipe āphiō pulſās dī muros the bāos ſtruxiſſe. Tātalis:iter iſtas ūbras exiuit niobe filia tā tali & uxor āphiōis q̄ q̄tuordeci filios habuit pp quos ſup ba facta uoluit p̄ponere latōe:ut ē fabula uulgata. Fert: uenit capite eleuato cū filiis. Faſtu:ſupbia:a faſtidiendo. Nūerat:q̄ſi adiactātiā. Agaue:q̄ furiis bacchi accēſa filiū pētheū iterfecit credēs eē urſū. Manus multitudo. Parti ta:q̄ diuiſit regē. i. pētheū filiū regis. Bacchas:illas mulie res:bacchātes. Minas:adhuc ille uidebat miari thæbanis ſi colerēt bacchū. Tādē:laius occultās ſæpe ſe tādē uenit. Deſidet nō audiebat accedere. Sacerdos geminat tyreſia duplicat icātatiōes. Horreo referēs iſta adhuc timeo loq. Stetit. ſ. lai⁹ adhuc ſanguinolēt⁹. Pedore:turpitudie ſto machoſa nā pedor dī q̄n quis non curat:neq; caput:neq; aliā ptē corpis. O cadmi. hæc fuerūt uerba lai. Cogna to:cognatoq;:nā primi cognati iceperūt iterficere. Vibra te:cōcutite. Tyrſos:haſtas ut bacchātes:ut fecit agaue. Aethnæa:crudeli q̄ſi cyclopea in ſicilia mōs eſt æthna ubi erāt cyclopes q hoies comedebāt:ſed mai⁹ ſcelus ē thebis.

DAN. ¶ Et cæcus furor:ciues & icolæ tartarei. furor:horror lu ctus. Morbus. ſenect⁹. quos poetaq; eminētiſſim⁹ Maro in ipſo ponit Veſtibulo. Veſtibulū añ ipſum primiſq; in faucibus orci luct⁹ & ultrices poſuere cubilia curæ pallen teſq; habitāt morbi triſtiſq; ſenect⁹: & met⁹ & mala ſuada fames &c. Hæc tāta gelidi: nō tot grues ad ſtyrmona ag greganť uolature ad nilū quot umbræ nō ſuſcitanť a Ty reſia. Ho. aīas circa her. ſimulachrū aggregatas cōpat aui bus. αμφι δεμιν κλαγγηνεκυων ηνοιωνων ωσ τε πανσ τοσ ατυζομενων. Nō educat tot frōdes æta:mōs in quo ſepult⁹ ē hercules & ſcribit dictō p. æ diphtōgū nec. r. hēt aſpirationē:q p̄cipit p. th. ſcribēdum eē p̄cauiſſet. ſi plātas ipſius mētis accurate pēſitaſſet. Zet⁹ enūerat i fœlices aīas thebanoq; p̄ceq; ut tandē ad laiū ueniat. Enthea ma nu: inſana manu ne lege ethnea. i. cyclopea ſed enthea ut apud Martialē. Alba minus ſæuis lacerātur brahia cultris cum furit ad phrygios enthea turba modos ενθεοσ enim dicitur diuino numine afflatus & deo plenus.

BER. ¶ Patria uertit ſermonem ad patriam dicens non ira deorum eſt cauſa tātæ peſtis: ſed ſcelera ciuiū tuorum.

Tum torua erynnis ſonuit & cæc⁹ furor.
Hortorq; una quicquid æternæ creant
Celantq; tenebræ luctus auellens comā
Aegreq; lapſum ſuſtinet morbus caput.
Grauis ſenectus ſibimet: & pēdēs metus.
Nos liquit aīus: ipſaq; ritus ſenis
Arteſq; norat ſtupuit: interpidus parens
Audaxq; dāno: conuocat ditis feri
Exangue uulgus: ilico ut nebulæ leues
Volitant: & auras libero cœlo trahunt
Non tot caducas educat frondes œta.
Nec uere flores hybla tot medio creat
Cum examen alto nectitur dēſum globo
Fluctuſq; non tot frangit ionium mare:
Nec tāta gelidi ſtrymonis fugiens minas
Permutat hyemes ales & cœlum ſecans
Tepente nilo penſat arctoas niues
Quot ille populos uatis eduxit ſonus.
Pauidæ latebras nemoris umbroſi petūt
Animæ trementes primes emergit ſolo
Dextra ferocem cornibus taurum p̄mēs
Zetus manuſq; ſuſtinet leua chelym
Qui ſaxa dulci traxit amphyon ſono
Interq; natos tantalis tandem ſuos
Tuto ſuperba fert caput faſtu graui.
Et nūerat ūbras peior hac genitrix adeſt:
Furibunda agaue tota quā ſequit manus
Partita regem ſequit & bacchas lacer
Pentheus tenetq; ſæu⁹ etiam nūc minas.
Tandē uocatus ſepe pudibundū extulit.
Caput: atq; ab omni deſidet turba procul
Celatq; ſemet: inſtat & ſtygias preces.
Geminat ſacerdos donec in aptum afferat
Vultus opertos laius: fari horreo.
Stetit per artus ſanguine effuſo horridus
Pedore fœdo ſqualidam obtectus comā
Et orbe rabido fatur. o cadmi effera
Cruore ſemper læta cognato domus
Vibrate thyrſos enthea gnatos manu.
Lacerate potius maximum thebis ſcelus
Maternus amor ē patria non ira deum

Luctificus:ferẽs pestẽ.Rex.œdipus.Proles inuisa.filius mihi inuisus q̃ p̃mio necis paternæ cõsecutus est regnũ & accepit mr̃em in uxorẽ. Peior parẽs:qa pei⁹ est suscepisse filios ex mr̃e q̃ interfecisse pr̃em. Regessit reposuit seipsum iterũ in mr̃e cũ ipsa cõcumbẽdo & filios generãdo q̃ ẽt feræ nõ faciũt. Implicitũ malũ.in tricarũ:est apposito.s.œdipus malũ. Sphynge:magis pplexũ.& obscurũ sphynge quã ipe interfecit. Te te petã.inuadã uertit p̃monẽ ad œdipũ sceleratũ minãdo excidiũ. Erynnes.furias ut sint mecũ ad sacra nuptia rũ infœlicitatẽ portãtes. Verbera.flagella & scuticas. Incestã:ipudicam q̃re cũ mr̃e cõcũbit œdipus. Impio marte.fraterno bello:faciã q̃ etheocles & polinices iter se mouebũt arma. Proide:ppterea. Agite.expellite: Rege.s.uestrũ œdipũ. Finib⁹.s.uris o.thebani. Quocũq; loco uadat dũ ipse recedat oia pullulabũt & erit quasi primũ uer. Solũ:terrã uram. Gradu funesto.pedib⁹ suis letiferis. Puros sine corruptiõe. Comitatus.societas digna illo. Et ipse.s.œdipus sedes nr̃as urbẽ thebanã. Repetit.hoc est q̃ uolo repetet terrã icertus uie cũ nõ uiderit quia seip̃m obcæcauit luce.quare non uidebat. Ossa.audiẽs hæc uerba totus tremuit. Quicqd.excusat se œdip⁹ nullũ istoꝝ scelerum fecisse:sed bene audiuerat illud eẽ fatatum de se: credebat enim se filiũ esse polibi regis corinthioꝝ ex meropẽ. Arguor.demonstror & accusor:mero pẽ mater mea. Sociata.coniuncta. Polibo.patri meo.

Q uid anime ceſſas:ſequere felicẽ ipetũ
Pars ultionis iſta qua gaudes quota.
Amas adhuc furioſa:ſi ſatis eſt tibi
Celebs iaſon:quære pœnarum genus
Aut uiſitatum:iamq; ſic temet para:
Fas omne cedat:abeat expulſus pudor:
Vindicta leuis e quã ferũt peruæ manus.
Incumbe in iras te languentem excita.
Pœnituſq; ueteres pectore ex imo impet⁹
Violẽti⁹ hauri.qcqd admiſſum eſt adhuc
Pietas uocetur.hoc age:& ſaxo ſciant
Q uam leuia ferunt quãq; uulgaris notæ
Q uæ commodaui ſcelera:proluſit dolor
Per iſta noſter:qd manus poterant rudes
Audere magnum:quid puellaris furor:
Medea nunc ſum:creuit ingenium malis
Iuuat.iuuat.rapuiſſe fraternum caput.
Artus iuuat ſecuiſſe:& arcano patrem
Spoliaſſe ſacro:iuuat in exitium ſenis
Armaſſe natas:quære materiam dolor.
Ad omne facinus nõ rudẽ dextrã afferes:
Q uo te igitur ira mittis: neſcio qd ferox
Decreuit animus meus:& nondum ſibi
Audet fateri:ſtulta properaui nimis
Ex pellice utinam liberos hoſtis meus
Aliquos haberet:quicquid ex illo tuũ eſt:

PEriere cuncta:Hic eſt quintus actus ubi po BER.
nitur uindicta in iaſonem & creuſam unde
ueniens nuncius quid ſecutum ſit ex mune
ribus medeæ narrat domum totam flagraſ-
ſe. Nutrix autem hortatur medeam ut diſce
dat:ipa autem parat occidere filios:ut iaſon quoq; ſentiat
malũ. Nata ac genitor creuſa & ei⁹ pater creo ſimul ſunt
combuſti. Dolus quæ fraus potuit eſſe in illis muneri-
bus. Et ipſe:miror etiam qui dolus potuit eẽ & qui uidi
uix credere poſſum. Iuſſus:quaſi de impio alicuius. Vn
da:quia non extinguitis aquis. Et hoc:cum plus aquæ
ponitur:tãto magis accenditur. Præſidia.i.aquam quæ
ſolet eſſe præſidium ad extinguendum ignem. Effer:nu
trix perſuadet fugam medeæ. Pelopeia:corithia a pelopæ.
Gradum:pedem celerem. Redirem:ut uiderem hanc
uindictam. Animę:animum ſuum exhortatur ad aliam
uindictam contra iaſonem. Felicem:qui habet quod cu-
pit. Quota minima:niſi facias aliam. Amas:ſcilicet iaſo
nem:tu uideberis adhuc amare ipſum ſi contẽta fueris q
ipſe factus ſit celebs.i.priuatus uxore creuſa. Fas:nõ pu
tes aliquod illicitum. Vindicta:exhortat ſe ut faciat ma
iora ſcelera. Parue manus:non ſatis'eſt uidicta quam fe-
cerunt munera quæ tulerũt parue manus puerorũ meo-
rum. Incumbe:iuſta cum diligentia. Languentem:de-
ficientem & remittẽtem furorem. Hauri:aſſume uiolẽ-
tius.ſ.q̃ ſolebas. Admiſſum peccatũ:faciamus quod facta
mea ſcelerata prius:nunc poſſint appellari pia reſpectu ho
rum quæ faciam. Note:ſceleris. Commodaui.ſ.iaſoni:
quæ nõ facit pro me ſed amore iaſonis ut uidimus. Pro
luſit:fecit principium:& eſt uerbũ muſicorũ:qui in prin-
cipio cantus proludium faciũt. Nunc medea:habet em-
phaſim nunc ſum illa magna incantatrix. Malis:ſum fa
cta doctior exercendo mala. Fraternum:fratris quem la
niaui. Archano ſacro uellere aureo quod in luco matris
appenſum arbori erat. Senis:pelie quem filiabus lanian-
dum tradidi. Nõ rudem.i.expertam:etiam ſi oportet oc
cidere filios. Quo:a quid dirigis conſilium. Audet fate
ri:non audeo dicere me uelle interficere filios meos. Ho
ſtis:iaſon utinam haberet filios ex creuſa quos occiderẽ.
Properaui.feſtinaui occidere creuſam:debebam expecta-
re quod haberet filios.

PEriere cuncta:iam lauit omnem iniuriã Me DAN.
dea peſtifero & crudeli munẽ pallæ nuptia
lis qua creontis regia tota cõbuſta eſt:reſtãt
filii trucidãdi ne iaſoni quicq̃ deſit ad acceſ-
ſionem doloris. Actus quintus continet ul-
timum carmẽ iambicum trimetrum hypercatalecticum.
Nuncius index mali corhus ſtupet medea exultat inceſſu
ultionis iaſon trepidat. Donis.ſ.qua arte decipiũtur re-
ges. Vt.i.tanq̃ eſſet iuſſus ipſe ignis ſerperet per omnem
regiam. Qua gaudes:gaudebat animus Medeæ ruina
creuſæ ſic uti ipſa antea ridebat malis Medeæ id quod oñ-
dit eo in loco conquerens ad iaſonem'Rideat & tyrio ia-
ceat ſublimis in oſtro flebit: & ardores uincet aduſta me-
os. Si ſatis eſt tibi celebs iaſon:ac ſi diceret non ſat habeo
priuatum iam eſſe iaſon a ſua coniuge niſi grauius etiam
addatur malum ideo omne fas omnem pudorem abrũ-
pe. Admiſſum:peccatum eſt.i.peccaui. Admittere:enĩ
peccare plautus quid admiſi pater. Proluſit dolor:iſtec
ſuperiora mala omnia ſunt proludii loco uenientib⁹ ma-
lis quæ lõge futura ſum grauiora.eſt enim proludere rei inchoandæ aliquid præmittere & caue præludium
dicas quod uulgare eſt uerbum.proludium propie faciunt citharœdi emerendi fauoris gratia.

BER. ¶ Ex illo:iasone:dicit putabo q̄ isti sint filii: nā quicquid peperisti ex ipō:puta illum genuisse ex creusa:& ita deliberat filios occidere.- Paternis:propter patrem uestrū. Gelu:frigore quod sequitur ex timore:nam horrebat interficere filios. Mater:pietas materna. Expulsa coniuge remota persona crudelis cōiugis: hoc est pietas exclusit irā.

Ego ne.redit ad effectū matris. A me.habet emphasim: etiam a me dea crudeli. Luent:purgabūt. Genitor:pater illorum:loquitur ex ira debent mori quia sunt filii perfidi patris & scelerate medeæ. Mei sunt:reuocat se:non merentur mori. Frater:absirtus fuit innocens:& ita computat pietatem:interfeci alios sine culpa. Titubas:uacillas.modo pietas reuocat. Fest⁹ agitatio mētis. Vtrinq; ex altera parte & alia.& ita facit comparationem. Cede: da locum pietati:non sunt interficiendi filii mei. Infusos.insinuate in complexum meum. Habeat:potius uolo q̄ iason habeat uos ut aliquando sperare possim nobis frui. Vrget:instat:nam finis est diei mihi cōcesse. Euulsa.s.filii mei a me diuellentur cum sit recedendum. Pereant: ex ira determinat illos occidere ut iason etiam illos uidere non possit quos mater non est uisura. Quo ducis:tu ad mortem & scelus faciendum ducis: & sequar te unum tantum doleo q̄ non habeo tot filios quemadmodum habuit niobe quæ septem mares & totidem fœminas habuit:omnes occiderem. Tantalidos.niobes filiæ tantali:ut uidimus in hercule furente. Tulissem:peperissem. Sterilis:peperi paucos. In pœnas:ad finem pœnarum. Fratri:satis tamen erūt ad uindictam fratris mei interempti & patris cœte aureo uellere spoliati. Quo nā: dum tāto furore agitatur uidentur illi adesse furiæ infernales & umbras mortuorum inter quas cognoscit umbram fratris ul̄ienti ad se ad uindictam. Impotēs:furiosa. Intentat:porrigit. Anguis qui loco erat scutice.

Tortus:uibratus & cōcussus. Trabe:face. Megera:una ex tribus furiis. Cuius umbra:uideo uenire contra me animum dispersis membris: & eam agnoscit esse fratris ab ea lacerati. Incerta:quæ non potest bene cognosci cū habeat membra dispersa nam umbræ seruabāt signa uulnerum:ut Virg.scribit de deiphœbo. Sed fuge:si uis frater ut dem pœnas fac ut iste furiæ immittant omnes faces suas.

DAN. ¶ Vltimum magno: ultimus omnium quæ feci hactenus aut ultimum omnium scelerum nefandissimū cruētissimum flagitiosissimum in insontes & filios crassari audituq; & dictu oppido q̄ horribiles. Cor pepulit:altercātur in medea ira & pietas tandem pietatem ipsam ira peruincet:cui quidem contentioni quasi de industria nō nullorum actorum cōsilio sola Medea suppositа est.hoc egit apollonius.hoc Ouidius hoc postremo Seneca a quibus sola Medea in suo scelere perpetrando eligitur quæ modo pro appetitu modo pro ipsa ratione contēdat.sed tandem appetitu succubuisse omnes scripserunt præallegati auctores. Liberum:pro liberorum. Ah demens furor:cogita apostropōsis aut sic:meli⁹.s.cogita medea ut hic alloquatur se ipsam postea conuertatur ad furorem: ah demens furor: incognitum istud facinus a me absit.

Et frater fuit:a simili confirmat causam. Variam:me Vt sæua:Comparatio a rabido uentorū turbine ad procellosum aīum Medeæ uēti iuicē se lacessunt ex aduerso flātes id qđ elegāter Oui.hoc tetrastico descripsit:nā mō purpureo uires capit eur⁹ ab ortu:Nūc zephirus sero uespe missus adest:Nūc gelid⁹ fica boreas bacchat ab arcto:Nūc not⁹ aduersa plia frōte gerit. Cōfluctuat:ipersonale. Bissecteños:homerus duodeci tātum in.α.illiados. ΤΗΩΕΡ ΔΩΔΕΚΑ ΩΑΙΛΕΣΙ ΝΕΜΕΙ ΜΟΓΑΡΟΙΣΙ ΝΟΛΟΝ ΤΟΕΞΕΜΕΝ ΘΥΓΑΤΕΡΕΣ ΕΞΔΥΙΕΕΣ ΗΒΩΟΝΤΕΣ.

Creusa peperit.placuit hoc pœnæ genus
Maritoq; placuit.ultimum magno scelus
Animo parandum est.liberi quondā mei
Vos pro paternis sceleribus pœnas date.
Cor pepulit horror mēbra torpescūt gelu
Pectusq; tremuit:ira discessit loco.
Materq; tota coniuge expulsa redit.
Ego ne ut meorum liberum & plis meæ
Fundā cruorem:melius ah demens furor
Incognitum istud facinus ac dirū nefas
A me quoq; absit:quod scelus miseri luēt:
Scelus est iason genitor & maius scelus
Medea mater:occidant non sunt mei.
Pereant:mei sunt:crimine & culpa carent
Sunt innocentes fateor:& frater fuit.
Q uid aīe titubas:ora qd lachrymæ rigāt
Variamq; nunc huc ira: nunc illuc amor
Diducit:anceps æstus incertam rapit.
Vt sæua rapidi bella cum uenti gerunt:
Vtrinq; fluctus maria discordes agunt:
Dubiumq; pelagus feruet:haud aliter
Metu confluctuatur:ira pietatem fugat.
Iramq; pietas:cede pietati dolor.
Huc cara proles unicum afflictæ domus
Solamen.huc uos ferte.& infusos mihi
Cōiūgite artus: pater incolumes habeat:
Dū & mater habeat:urget exiliū ac fuga
Iam iam meo euulsi rapientur sinu.
Flentes gementes.oculis pereant patris.
Periere matri.rursus increscit dolor.
Et feruet odium:repetit inuisam manum
Antiqua mentis ira:quo ducis sequar.
Vtinam superbe turba tantalidos meo
Exisset utero:biscq; septenos parens
Natos tulissem:sterilis in pœnas sui.
Fratri patriq; quod sat est peperi duos:
Q uo nā tēdit ista turba furiaꝝ ipotens:
Q uē quærit:aut quo flāmeos ict⁹ parat:
Aut cui cruentas agmen infernum faces
Intentat:ingens anguis excusso sonat
Tortus flagello.quē trabe infausta petit
Megera.cuius umbra dispersis uenit
Incerta membris frater est pœnas petit.
Dabimus:sede oēs fige luminibus faces.
Lania:perure:pectus en furiis patet.

Discedere a me frater ultrices deas
Manesq; ad imos ire securas iube.
Mihi me relinq;.& utere ac frater manu
Q uæ strinxit ensem unctã:manes tuos
Placamus ista:quid repens affert sonus:
Parantur arma:meq; in exitium petunt:
Excelsa nostræ tecta conscendam domus
Cæde inchoata : perge tu mecum comes:
Tuũ quoq; ipse corpus hĩc mecũ aduehe
Nunc hoc age aĩe:non in occulto tibi est
Perdẽda uirtus:approba populo manum
Ia. Q uicũq; es regũ cladib⁹ fidus dolens:
Cõcurre ut ipsam sceleris autorẽ horridi
Capiam⁹:huc huc fortis armigeri cohors
Conferte tela:ruite ex imo domum
Me. Iã iã recepi sceptra:germanũ patrẽ:
Spoliumq; colchi pecudis auratæ tenent.
Redire regna:apta uirginitas redit.
O placida tandem numina o festum diẽ:
O nuptialem uade : perfectum est scelus:
Vindicta nondũ:perage dũ faciũt manus
Q uid nũc moraris aĩe:qd dubitas:potes
Iam cecidit ira:pœnitet facti pudet:
Q uid misera feci:misera pœniteat licet
Feci:uoluptas magna me inuisam subit.
Et ecce crescit:deerat hoc unum mihi
Spectator ipse.nil adhuc factum reor
Q uicqd sine isto fecimus sceleris periit
Ia. En ipsa tecti parte præcipiti iminet:
Huc rapiat ignes aliquis:ut flãmis cedat
Suis perusta. Me. Congere extremũ tuis
Natis iason funus:ac tumulum strue.
Coniunx socerq; iusta iam functi habent
A me sepulti:natus hic fatum tulit.
Hic te uidente dabitur exitio patri.
Ia. Per numen oẽ perq; cõmunes fugas.
Thorosq; quos non nra uiolauit fides.
Iã parce nato.si quod est crimẽ. meũ est.
Me dede morti.noxium macta caput.
Me. Hac q̃ recusas.qua doles ferrũ exigã
I nunc superbe thalamos uirginum pete.
Relinque matres
Ia. Vnus est pœnæ satis.
Me. Si posset una cede satiari manus
Nullã petisset.ut duos perimam tamen
Nimiũ ẽ dolori numerus augustus meo.
In matre si quod pignus etiam latet

¶ Discedere:fac eas recedere ab inferos cum sim satis cõ- BER.
citata furore:sum de me furia. Vltrices deas:eumenides furias. Securas:quod non dubitent ne scelus faciã. Me .s.furiam quæ sola satis sum ad omnia scelera. Ista uictima:dicẽdo hæc uerba unũ ex filiis occidit. Repẽs:repentinus dum sic staret audit strepitum annorum & erat iason ueniens cum militibus:ipsa uero capit cõsilium ascẽdendi tectum ut ibi perficiat uindictam suam. Comes: tu qui nondum es uulneratus ueni mecũ. Aduche: porta pedibus tuis. Nunc anime:ascendens tectũ dicit ista uerba populo:ut omnes me intelligant habere fortẽ manum ad cedem. Quicũq; uocat iason milites suos ad capiendam medeam. Eximo:a fundamentis. Domum: scilicet medeæ. Iam iam:facta uindicta congratulatur sibi Medea:dicens iam uideor recuperasse omnia quæ amiseram. Vindicta nondum:nam restat alius filius interficiendus. Scelus perfectum:nã ita homicida erat de uno quẽadmodum de duobus. Licet:quãuis me peniteat tamen est factum. Subit:uenit mihi magna uoluptas dũ uideo iasonem spectatorem facinoris mei. Nil uindictã putabo esse factam præsente iasone:nam hucusq; nil factum puto. Periit:factum est frustra. Sine isto.s.iasone non uidẽte. Præcipiti:sublimi. Cedat:uincat. Suis flãmis:quibus ipsa usa est ad cõburendum Creusam.

Congere:respondet medea melius esset Iason ut congereres hunc ignem ad rogum filioq; tuoq;. Iuxta:exequias & rogum quia sũt sepulti & cremat sub domo sua quæ corruit supra eos. Fatum mortem hic mortuus est: alter te spectante similiter interficietur. Per numen:cõuertitur iason ad præces:rogando eam ne uelit interficere puerum. Hac qua : respondet medea hac parte qua magis doles tibi faciam dolorem. Exigam : traiiciam per uiscera tui filii. I nunc:insultat iasoni : uade modo & quære aliam sponsam & reliq; me matrem cum filiis.

Virginum:creusæ filiæ creontis. Vnus: filius quẽ occidisti sufficit ad pœnã meã. Vna cede:si habuissẽ aliquid misericordiæ:quod potuissem parcere uni potuissẽ & duobus parcere:sed uellem plures habere & oẽs occidere ut tibi maiorem dolorem facerem. Angustus: nimis paruus. In matre:si etiã sentirẽ me grauidam extraherem partum ad occidendũ. Pignus filius.

¶ Repens;succedẽs repere dicit de aialib⁹ quæ nõ habẽt DAN.
pedes & uẽtre gradiuntur unde reptilia dicuntur messala repsit serpens in altiorem partem hinc uolunt repente per antiphrasim deduci. Cæde incohata: altero iam iterfecto filio. Approba:affirmat se ad scelus stãs pro tecto. Ruite:eruite excindite:ab ipsis fundamentis domum. Iã iã:gaudeo perinde atq; si regnarẽ & recepissent uelus colchi raptũ iã ab iasone. Auratæ pecudis: sic ouidius phrixeã petiit pelias arbor ouem. Vindicta:oratio tota conscissa & præceps & mulierculæ impotenti nõ icõueniẽs. Subit:ecce cum accusandi casu. Spectator: iason ut oculi in eo dolorem augeãt. A me sepulti:quos in cinerẽ solui & cum ruina domus cõmiscui. Nõ nostra:qa cõpulsus fui a creõte iure hospitii. Me dede: me me adsum qui feci in me ferrum conuerte. Relinque matres:in numero multitudinis ad stomachũ & iram.

BER. ¶ Scrutabor:perquirã in uẽtre meo. Morã:si tu uis occidere filium saltẽ da mihi spacium ut fugiã ne spectem tantum scelus. Lento scelere:nolo festinare adhuc restat tempus. Dies:hic totus dies est mihi cõcessus ut possim recedere. Misereri:esset tibi gratia si te perimerẽ. Bene est:facta iã uindicta:res se bene hẽt. Litarẽ:sacrificarẽ:litare dicim⁹ facere sacrũ & per illud placare numẽ. Lumina:oculos:uidẽs iason filios interemptos non poterat ferre tam dirum spectaculum unde Medea insultat ut uideat eos ita trucidatos. Sic fugere quẽadmodum fugi a patre:occiso fratre:a thessalia occiso Pelia:a te fugio occisis filiis tuis:& his dictis conscendit currum iunctis draconibus & per aerem iuit athenas:ut diximus in principio. Testare:tu ostendis q̃ dei nullam curam rerum humanarum habent qui te sceleratã ire patiũtur per regiones suas.i.per aerem.

Paca linquens. Hæc tragœdia inscribitur a gamẽnon a materia quæ tractatur in ea:uidimus in thyeste superius illum quæsiuisse ab apolline quonam modo uindicaret se de atreo fratre qui illi filios epulandos apposuit:respondit apollo posse alio scelere eius facinoris uindicem nasci:scilicet cum si pelopeia filia sua concuberet: quo facto natus est egystus qui agamemnonem filium atrei interficeret:quod factum fuit:nam dum agamemnon esset in bello troiano clytẽestra ei⁹ uxor amore egysti capta eius adulterio potiebatur:unde cum maritus reuersus esset:ut adulteriũ insequi posset:de illius nece consilium iniuit:quo facto:deinde Horrestes filius agamemnonis in pr̃is uindictã matrẽ clytẽestram occidit: sunt ut in aliis tragœdiis ibi q̃q̃ actus.i primo ẽ aduẽt⁹ thyestis ab inferis incitãs Ægistũ ad uindictã:dicitq̃ ubi uelit poti⁹ eẽ non certum habere:an apud inferos an apud superos:nã ubiq̃ sibi malũ ẽ. O paca:tenebrosa iferni loca.

Incert⁹:nescio quæ sit magis inuisa. Fugo:facio fugere. En horret:dum uenit lares paternos uidet:& scelerꝝ suoꝝ recordatur:& potius uult reuerti ad iferos q̃ ibi eẽ.

Fraternos:atrei quẽ habebã odio. Limẽ:ingrediẽs domũ hæc dicit. Pelopeie:patris mei pelopis. Hic.ex hoc loco:in hiis atriis ubi solebant coronari reges. Auspicari:ẽ dare initiũ. Hoc:ulteri⁹ pcedẽs uẽit ad tribunal: ubi reges solebant dare iura populis. Gestãtur:p circuitionẽ dicit reges. Thoro:ubi sedebãt sic Virg.inde toro pater æneas sic orsus ab alto. Hic locus:uenit ad aliũ locum ubi habebatur senatus. Hic epulis:ibi erat locus ubi comedebant:& tunc ipsi succurrit ibi comedisse filios: ꝓpterea mauult redire ad inferos q̃ ibi esse. Lacus.s.acherontis.

DAN. Custodem stygis:intelligit cerberum.

¶ Patuit in cælum uia:mane tecũ iason. Ne desint dolores comites tibi semper domestici ego hĩc athenas uehor. Vale. Iason dolore percitus seipsum cõfecit. Ex hoc tragœdiam fecit Enni⁹. Ouidi⁹:Enniũ secut⁹ & ipse edidit Medeam de qua meminit Quintilianus.

Scrutabor ense uiscera. & ferro extrahã.
Ia. Iã ꝓge cœptũ facin⁹: haud ultra p̃cor:
Morãq; saltẽ suppliciis dona meis.
Me. Perfurere lẽto scelere:nec ꝓpa dolor.
Meus dies est:tempore accepto utimur.
Ia. Infestã memet perime.
Me. Misereri iubes.
Bene est:pactũ est: plura nõ habui dolor
Quæ tibi litarẽ:lumĩa huc tumida alleua
Ingrate iason: coniugem agnoscis tuam:
Sic fugere soleo:patuit in cœlum uia.
Squamosa gemini colla serpentis iugo.
Sũmissa præbent:recipe iam natos parẽs.
Ego inter auras alato curru uehar.
Ia. Per alta uade spatia sublimi ætheris:
Testare nullos esse qua ueharis deos:

Incipit.viii.tragœdia q̃ Agamẽ. uocitat.

Actus primus. Tyestes loquitur.

o Paca linquens ditis inferni loca.
Adsum ꝓfũdo tartari emissus specu
Incertus utras oderim sedes magis.
Fugio tyestes infernos:superos fugo:
En horret aĩus:& pauor membra excutit.
Video paternos immo fraternos lares.
Hoc est uetustum pelopeie limẽ domus:
Hinc auspicari regium capiti decus
Mos est pelasgis:hoc sedent alti thoro
Quibus superba sceptra gestãtur manu.
Locus hic habẽdæ curiæ: hic epulis loc⁹.
Libet reuerti:nonne uel tristes lacus
Incolere satius:nonne custodem stygis

¶ In græcis Euripides quam ualde desidero.

Paca:occiso Agamemnone insidiis clytemnestræ coniugis ab egysthо pœdagogus instructus ab Oreste & pilade uenit ad Electram sororem Orestis cum urna ærea fingens Orestem iequestri pugna e curru deturbatum occubuisse & cineres in urna inclusos cũ capillis eius ferre se ut paterent. Hoc aũt intellexisse a phoceo quodam uenιente a phanoteo & quidem celebratur in græcia delphici apollinis agonale certamen curribus ad quod multi conuenerant præstantes & egregia uirtute proceres:ab ætolia & lacedæmone & unicũ electra cõterrita inclusa thalomo dies cum nоctibus iungit lachrymãs:quã clytẽestra itẽperãter mortẽ fratris deplorantẽ iterfici uolebat. En adest' orestes in habitu:hospitis ignotus q̃ multas post ambages tãdẽ ab electra cognoscitur:hac duce clam domũ ingressus ipsam clytẽestrã matrẽ cũ adultero trucidat. fabulã Sophocles primus cõtexuit:licet uelint nõnulli euripidẽ pri⁹:ab hoc latinũ fecit Seneca & loca ꝓpe inũera mutuat⁹ ẽ a græcis diuerso tñ ordĩe ut facile cernere ẽ: Titulus aũt in hac tragœdia oportune sumptus ẽ de noĩe regis agamẽnonis: quoniaꝫ ipe sit nodus totius dramatis & in eius caput tota materia consumitur:uarius ac multiplex titulus usurpatus est in eadẽ materia. Euripides Orestem fecit. Sophocles electram. æschylus clytemnestram. Seneca noster Agamemnonem dixit. apte autem thyestis umbra quæsita est quæ suscitet egystum in necem nepotis ob an

tiquam iniuriam fratris sui atrei: actus in ea qnq; inserti: quoq; prim⁹ q inscribitur trimetro archilochio.
¶ Vbi: ille euict⁹. i. ligat⁹: itelligit isionē. Irretit⁹ labor itelligit syspiphū. Iecur: itelligit tyciū. Exust⁹ siti; itel BER.
ligit tātalū. Dapib⁹: qs apposuit diis. s. pelopē filiū. Senex: tātalus. Quota: minima: nā sua scelera meis cō
parata nihil fuerūt. Infandas manus: si uolum⁹ cōsiderare oēs q puniūtur apud iferos pp scelera: uincā oēs
pter fratrē meū. Quesitor gnosios: animos cretēsis iudex iferni. Plenus: qa comedi tres filios. Viscera:
filios meos: qui sunt uiscera patris. Nec hacten⁹: sed tñ illud ignorātia potuisset excusari: hoc aūt ē sceleratis-
simū: q cū filia pelopeia cōcubuerit: ut ex ea nasceret ægi
stus ad uindictā meā: ut p̄dictū erat ab oraculo. Part ē. s.
me q comederā filios inscienter. Cōmisso: malo qđ cō-
miserā pignorantiā. Aliud. s. qđ sequtur. Ausa. s. fortūæ
q̄ iubet cōcubitus natæ. s. pelopeiæ. Hausi: audiui. Cœ
pi: peregi qđ dictū mihi fuerat. Per oēs liberos: nocēt in
oībus filiis. mares comedi: fœminā uitiaui. Fatis; oracu
lo ita mouētē. Grauē: plenū & grauidū. Dignū: q con
uenit scelerib⁹ meis. Versa natura: iq̄tū erat p̄ pelopeiæ
Thiestes erat auus ægisti in quātū erat maritus pater illi⁹
erat. Diē: nā qñ comedit filios sol obscurat⁹ ē. Sed sera:
parat se ad uindictā ut iucitet ægistum ad mortē agamē-
nonis. Respicit: fauet nā aspectus deoq; ē fauēs & beni-
gnus: iā fata uident mihi fauere. licet sera. i. tarda. nam fi-
et uindicta de agamēnone q fuit fili⁹ atrei. Fessos. s. nos.
Incestе: qa cōcubui cū filia. Fides. s. oraculi quo dictū fue
rat ægistū nascituq; q me ulciscerē post fata. i. post mor
tē meā: & hoc erit uerū: probat. Rex ille: agamēnon iter-
ficietur ab uxore. Lustra dena: decē ānos: hoc ē circuitio-
nem solis p annū lustrū itellexit: alio mō dicit spaciū q̄q;
annoq;. Iugulū: nā ab ea iugulabitur. Alterno: qa uicis-
sim fient cedes: ægistus iterficiet filiū atrei quēadmodum
ipe iterfecit meos. Secures: nā clytēnestra una securi iter
fecit maritū. Bipēnis securis. Diuisū dilaniatū caput re-
gis: Dolus: nā egistus simulauit cōuiuiū i quo agamem
non iterfectus fuit. Cā pp; quā tu es nat⁹ ut agamēnonē
pimeres. Ægiste: dirigit sermonē ad filiū q hæc scelera ui
debat abhorrere dicēs nihil noui facies: nā oēs tui assueti
sunt malis. Labat: uacillat ad egrediēdū cedē agamēno-
nis. Torq̄s: iflectis tāq̄ recusans. Respice ad matrē: uide
quomodo cōcept⁹ es scelere: & te decet esse sceleratū. Sed
cur: dū eēt apud superos uidebat sol non ferre cōspectū
eius. dicit unde hoc ē q̄ dies ita breues sunt cum sit æstas:
sol me fugit nec diem uult p̄ferre. Hiberne: q̄ fiunt tpe
hiemis. Cadētes: occidentes: nā impediebat solē ne oriretur
qui aspectum suū abhorrebat. Moramur tardam⁹ ne oria
tur: & dum dicit hæc uerba fugit ne impediat ortū solis.
¶ Opaca: terra horrenda. Immo: correctio est. Hoc est DAN.
uetustū: sic procedit pædagogus apud sophoclē: hoc est
argos hoc nemus iachidis cœstroplige. hoc templum iu-
nonis glorioſum. το λαραωλαιον αργος ουτοθεισ
τοδετησοι ςροωαηγοσ αλσοσ ιναχου κορισο δεηρα
σο κλειvοσ ναοσ. Manus infan. cædibus & stupris. Me
p̄e dignū: stophōema ē i seipsum: nā cōcubuit cū pelo-
pea filia suasu appollinis ut suscitaret ultorē necis filioq;
ut uidimus i thieste fabula. Nero princeps iussit pelopeæ
fabulā repsentari. Hausi egi ipauidus quod iussit fortu-
na. Natura: naturalis cognatōis lex cōfuse ē. Auo: mioi
Virū: quia ego pater fact⁹ sum marit⁹ filiæ. Natos: ne
potes q̄ sunt mihi nepotes ex filia idem sunt illi ex filia.
Agamēnō: rex regū. Hōe. appellat ferme ubiq; κρειοvα
mō ααkτα αvδρων. fuit āt Agamēnon fili⁹ plysthenis
Europa si duri Samio credimus in expositione lycophro
nis: & idē in remediis Ouidius uidetur innuere: cōis non

Ter gemina nigris colla iactantem iubis:
Vbi illi celeri corpus euinctus rotæ
In se refertur: ubi per aduersum
Redeunte totiens luditur saxo labor.
Vbi tondet ales auida fœcundum iecur:
Et inter undas feruida exustus siti
Aquas fugaces ore decepto appetit
Pœnas daturus cœlitum dapibus graues
Sed ille nr̄e pars quota est captæ senex:
Reputem⁹ oēs: quos ob infandas manus
Quæsitor urna gnosius uersat reos
Vincā thyestes sceleribus cunctos meis
A fratre uincat: liberis plenus tribus
In me sepultis: uiscera expedi mea:
Nec actenus fortuna maculauit patrem:
Sed maius aliud ausa cōmisso scelus:
Nate nefandos petere cōcubitus iubet.
Non pauidus hausi dicta: sed cœpi nefas
Ergo ut per oēs liberos irem parens:
Coacta fatis nata: fert uterum grauem.
Me patre dignum: uersa natura est retro.
Auo nepotem proh nefas patri uirum
Natis nepotis miscui: nocti diem.
Sed sera tandem respicit fessos malis
Post fata demum sortis incestæ fides.
Rex ille regū: ductor agamēnon ducum:
Cuius secutæ mille uexilū rates.
Iliaca uelis maria texerunt suis:
Post dena phœbi lustra deuicto ilio
Adest daturus coniugi iugulū suæ
Iam tam natabit sanguine alterno dom⁹
Enses: secures: tela diuisum graui
Ictu bipennis regium uideo caput.
Iā scelera ꝑpe sunt. iā dolus: cedes. cruor
Parantur epulæ: causa natalis tui
Aegisthe uenit: quid pudor uult⁹ grauat
Quid dextra dubio trepida cōsilio labat
Quid ipsa timet cōsulis: torques: rogas
An deceat hoc te respice ad matrē: decet
Sed cur repente noctis æstiuæ uices
Iberna longe spacia producunt mora:
Aut quid cadentes detinet stellas polo.
Phœbū moramur: redde iam mūdo diē

opinio sustinet fuisse Atrei filiũ ex æropę: ut supra adnotauimus. Ægiste: ægistus dictio scribit ī pria cũ diphthõ
BER. go æ & iota th aspirato: ut docet ubiq; græca lectio.

REgnoꝝ: introducit chorus audiẽs secũdam fortunã agamẽnonis dubitaq; ne illa diuisit eũ oẽ regnũ sit mutabile & icertũ: demũ cõditionẽ regũ dãnat q tot curis piculisque premũtur. Scribit uersu dimetro anapestico: & hẽt q̃tuor pedes q pñt eẽ oẽs dactili & anapesti sil'.

Fallax: istabilis: uel qa exteri⁹ uidẽt læti: i pectore ãt multis curis cruciãt. Alia: cũ una recessit alia succedit. Vexat pturbat. Nõ sic: facit cõparationẽ de syrtibus de quib⁹ diximus supra. Euxini: pontifici maris. Vicina: ubi ẽ polus articus septẽtrionalis ursa maior & minor & bootes de quibus satis diximus. Immunis. qa nũq̃ occidunt ī mare: ut dictũ ẽ. Nõ nox: qñ alii qescũt ipi hñt curas.

Alma q̃ alit: nã sõnus nutrit uires nr̃as. Recessus loca secreta: ut ẽ cubiculũ. Domitor: q facit obliuisci curas.

Soluit liberat. Quas arces: tot scelera ueniũt iter reges q arces hĩtant. Bellona q̃ græce enio dicit soror mr̃is dea belloꝝ semp cædes & arma sequũtur reges erinnis furia iferni exagitat illos. Tumidas: supbas & magnas. Supernos mortales hoies ī planũ. ecce istabilitatẽ regni: q⁹ oi hora corruere põt. Vacẽt: cesset ad deiiciẽdũ: tñ hæc ẽ natura reꝝ: ut cũ oia magna sint in sublimi põdere suo corruãt: nã nihil diu põt eẽ mortalib⁹: ut dicit Lucanus: in se magna erũt. Sidũt: deorsum se iclinãt. Cedit: uincit qñ nimiũ creuit. Vela: pbat p similitudinẽ nauis: q̃ p̃spero uento producitur: & ex illo ipetu piclitat. Nubilus: alia similitudo turris altæ: q̃ oẽs uẽtos excipit. Incerta: imixta hñs cacumẽ sublime iter nubes. Frãgi: sil'r arbores nimiũ alte sẽtiũt ruinã. Corpora: magna facili⁹ egrotant.

Patẽt: apta sũt. In past⁹. i. pascua qñ leo ẽ famelic⁹ iuadit oia aialia & nõ parua & uilia. Quicqd: cõcludit q⁹ illa q̃ sũt eleuata magis sũt ꝑna ad casũ & ruinã. Leuat: tollit.

Modicis: mediocrib⁹ tuti⁹ uiuit q ẽ ī mediocri statu. Aurat ꝑbat p similitudinẽ: q uadit ꝑpe littus securior uadit: q̃ q petit alta. Medie: qcũq; cõtẽtus ẽ hr̃e uitã iter medio cres. Stringit: leniter pcutit. Legit: trãsit. Propiore: ui ciniore nõ recedit nimiũ a littore ut tutior sit.

DAN. r Egnoꝝ: carmẽ secundum dimetro pindarico chor⁹ deplorat miseꝝ statũ fortunæ regiæ o regnoꝝ magnis fallax. Euxin⁹: mare ponticũ qđ nulli patet nauigationi & ꝑpinde appellari solitũ ẽ & ξξ υον. i. ihospitale pp hyemes & imanitatẽ icolaꝝ & maxime scytaꝝ q̃ imolẽt hospites & hũanis uescũtur carnib⁹ & caluarias p pateris ī mẽsa hñt: nouissime ãt cũ iones in littore urbes cõdidissent euxinũ. i. benignũ hospiciũ uocari cœptũ ẽ. Hæc Strabo ī. vii. Segtur tristis bellona. in regibus nulla pax. nulla securitas: nullum deniq; ociũ. Ipsi licet metuanẽ a gregib⁹ & populis plus tñ ipsi metuũt. hĩc illud Orat. regũ timẽdoꝝ ī ꝑprios. reges in ipsos iperiũ iouis clarigigãteo triũpho & cũcta supcilio mouẽtis. Erinnis: lis & contẽtio. Tulit: demolita ẽ. oia fert ætas aĩum quoq;. Sidũt: subsidũt aphæresis. Feriũt celsos: sic Horati. Decidũt turres: feriũtq; sũmos fulguta montes ad licinium murenã scribens. Vapulat: tũditur. Placet ī uulnus: sagiosi & torosi iuuenci semper ab armẽto secernũt ad carnificiã. Ruitura: ut ruat iõ sublimat. μοιραθνη τους αναφερουσα ωιωνει βαρφτερυ.

Corhus loquitur.

Egnoꝝ magnis fallax
r Fortuna bonis. in præcipiti
Dubioq; nimis excelsa loco:
Nunq̃ placidã sceptra quietem
Certumue sui tenuere diem.
Alia ex aliis cura fatigat.
Vexatq; animos noua tempestas:
Non sic libycis syrtibus æquor
Furit alternos uoluere fluctus:
Non euxini turget ab imis
Commota uadis unda niuali
Vicina polo. ubi ceruleis
Immunis aquis. lucida uersat
Plaustra bootes. Vt p̃cipites regũ casus
Fortuna rotat metui cupiunt
Metuiq; timent. non nox illis
Alma recessus præbet tutos:
Non curarum somnus domitor
Pectora soluit: qs nõ arces scelus alternũ
Dedit in preces: impias quas non
Arma fatigant: iura. pudorq;:
Et cõiugi sacrata fides: fugiunt aulas seq-
Sãguinolẽta bellona manu (tur tristis
Q uæq; supernos urit erinnis.
Tumidas semper comitata domos
Q uas in planum qualibet hora
Tulit ex alto: licet arma uacent.
Cessentq; doli. fidunt in ipso
Pondere regna. ceditq; oneri
Fortuna suo. Vela secundis inflata notis
Ventos nimium timuere suos.
Nubibus ipsis inserta caput
Turris pluuio uapulat austro.
Densaq; nemus spargens umbras
Annosa uidet robora frangi.
Feriunt celsos fulmina colles
Corpora morbis maiora patent.
Et cum in pastus armenta uagos
Vilia curant. placet in uulnus
Maxima ceruix. quicquid in altum
Fortuna tulit ruitura leuat.
Modicis rebus longius æuum
Felix medeæ quisquis turbæ.
Parte quietus. aura stringit
Littora tuta. timiduſq; mari
Credere cymbã. remo terras ꝑpiore legit

Vid ſegnis:Hic eſt ſecũdus actus:ubi Clytẽneſtra capit cõſiliũ de nece mariti:& ſecũ loquitur di- BER.
q uerſa uolũtas. Segnis:tarde:cito eſt deliberandum. Fluctuaris:uerſaris ĩ dubitationem. Via:
quæ erat uiuere pudice:nõ opus eſt q timeam pudorem quẽ iã amiſi. Tutari:ſeruare. Toros:
ideſt mr̃imoniũ. Sceptra:regnũ agamẽnonis:cũ tu eẽs regina. Da frene:loq̃t p trãſactionẽ eq-
tãtis q dat habẽas equo curreti. Per ſcelera:qñ qs cõmiſit unũ ſcelus ſi debet tutari illud:op9 ẽ q faciat aliud.
Tutũ q̃ uult tegere ſcelera utaẽ aliis ſcelerib9. Fœmineos:emphaſim hẽt quaſi magnos. Impios ſui: q̃ nõ
põt regere aĩu3 ſuũ iſana amore. Impia uirgo:mai9 q̃ il-
lud qd̃ fecit medea:ut ſupra uidim9. Face:amore ardẽti.
Theſſalica rate:naui argo ĩ theſſalia fabricata. Ferr̃. uel
ferro uel ueneno occidas illũ:uel ſaltẽ fuge micẽis cũ ægi
ſtho. Quid timida:dicit ſi medea fecit repẽte nõ hũit ſpa-
ciũ deliberãdi. tu uero q̃ hẽs tps põt mai9 facere q̃ fugã.
Regina:nutrix ñ audiẽs iſta uerba ſed ex pturbato uul-
tu cognouit illã cõmotã eẽ:uñ hortaẽ ad ægtate animi di
cẽs oĩa tpe leniri. Gen9 lede:nã fuit ſoror Helene & filia
Lede uxoris tyndari. Impotẽs:q̃ nõ põt capere certã de
liberationẽ. Tumido:pleno furore. In uultu. ſ. pturba
to demõſtraẽ. Mora:ipm tps ſæpe ſanauit q rõ nõ po-
tuit. Quã ut:ut nõ. Timor:pp adulteriũ. Dolori:quẽ
hẽo qd̃ marit9 teneaẽ amore Caſſãdræ. Inuidia:qd̃ amet
captiuã. Hic cupido:ex alia pte amor iceſt9 ægiſthi tangit
me. Vetat. ſ. cupido ſe uici:uult poti9 q occidã maritũ q̃
relinquã ægiſthũ. Obeſſe:circũdare tot paſſiõib9. Peſſũ
dat9:depdit9 pudor tãgit me quẽ amiſi:& neſcio qd fatiã.
Profũdũ mare:facit ſil'itudinẽ. Æſtus:feruor & motus
aq̃. Cedat:an uẽto an eſtui:ita facit mihi quæ ĩcerta ſũ:an
pudori uel dolori cedã. Reginã:ſicut nauta ĩ tãtis flucti
bus dimittit oẽm gubernationẽ:& tẽdit quo fortuna du
cit:ſic facio cedã:cõmẽdabo fortunæ. Vbi aĩus:qñ ĩcert9
ẽ aĩus & neſcit deliberare bonũ ẽ ſeq fortunã. Cæca:nu-
trix rñdet cõtrariũ. Temeritas:q̃ ẽ cõtraria cõſilio ẽ cæca
& ignara futuri. Cui dubia:nil poſſum hr̃e pei9:uñ nõ
op9 ẽ ut timeã. alii leguntultima fortuna & melius eſt.
Si pateris:adhuc adulteriũ tuũ eſt occultũ: ſi aggrediaẽ
aliquid forte ſcietur.

Vid ſegnis:deliberatio clytẽneſtræ ĩ cædẽ aga DAN.
q mẽnonis:actus ſecũdus trimetro archilochio
hipcatalectico. Clytẽneſtra tindari filia ex Læ
da uxor Agamẽnonis & oreſtis mater:ſecũ lo
quiẽ deliberãs uirũ fallere. cõtra nutrix diſſuadet. Pudor
mulier q̃ ſemel pfricuit frõte cõtinere ãplius nõ põt fœ-
da lupanaris tulit ad puluĩar odorẽ. Fœmineos dolos:
ad pniciẽ & dolũ parãdũ ſemp ĩgenioſa fœmina. hinc Ho
me. deteſtãs clytẽneſtrã cõſiliis mulier̃ affirmat multos
piiſſe. ζηϖαγλωσ ηχθιρε γυναικειασ ϖλιαβουλασ εξαρ
χησ ελεγηϖτμενα ϖομομεθενεκα ϖολλο. Socio. ægi-
ſtho. Sors iſta:hoc fortunæ uicio uertẽdũ ẽ. Furari:exũ-
lare ueꝛ eminẽti9 malũ reginã poſtulat. Sepe ſanauit
mora:Ouidius. Habẽt paruæ cõmoda magna moræ:&
qui magna moliũtur ſemp cũctari ſolẽt. hinc eminentiſſi
mus. φιλει γαρ οκνειν ϖραγμανηρ ϖραττον μεγα. uer
ba prudẽtiſſimæ nutricis ſuadẽtis oĩa ſpacio & mora tra-
ctãda. Nã mora dat teneras mora percoquit uuas. Et ua-
lidas ſegetes quod fuit herba facit. Pudor: honeſtas &
decorũ matrimõiale. Rebellat:pugnat & reſiſtit. Æſt9:
tranſlatio ab aquarũ cõmotione ad anxietatem animi.
Profundũ:ſubſtantiue ſicut altũ. Malo:uento. Si pa-
teris, dura molleſcunt patientia.

Actus ſecundus. Clytemneſtra. Nu/
trix. Clytẽ. loquit nr.

Vid ſegnis aĩe tua cõſilia expetis
q Quid fluctuaris clauſa iã melior
Licuit pudicos cõiugis quõdam to
Et ſceptra caſta iuncta tutari fide. (ros
Perrire mores:ius:decus:pietas:fides.
Et qui redire neſcit cum petit pudor.
Et frena:& omnẽ nequitiã prona incita.
Per ſcelera ſemp ſceleribus tutũ eſt iter.
Tecũ ipſe nunc euolue fœmineos dolos:
Quod nulla cõiunx pfida atq; ĩpios ſui
Amore cæco quod nouercales manus
Auſæ quod ardens impia uirgo face.
Phaſiaca fugiens regna theſſalica rate.
Ferrum. uenena, uel micena domo
Coniuncta ſocio. profuge furtiua rate
Quid timida loq̃ris furta & exiliũ fugas
Sors iſta fecit te decet maius nefas
Nu. Regina danaũ:& inclitũ ledæ genus
Quid tacita uerſas:quidue cõſilii ĩpotẽs:
Tumido feroces impetus animo geris
Licet ipſa ſileas totus in uultu eſt dole.
Proĩde qcquid eſt:da ſpatiũ ac tẽpus tibi
Quod ratio nequit:ſæpe ſanauit mora
Cly. Maiora cruciãt q̃ ut moras poſſi pati
Flãme medulas:& cor exurunt meum
Mixtus dolori ſubdidit ſtimulos timor
Inuidia pulſat pectus hĩc animum iugo
Premit cupido turpis. & uinci uetat.
Et inter iſtas mentis obſeſſæ faces.
Feſſus qdem:& deuictus & peſſũdatus
Pudor rebellat:fluctibus agor uariis.
Vt cũ hinc pfudũ uẽtis:hinc æſtus rapit
Incerta dubitat unda cui cedat
Proinde emiſi regimen emanibus
Quocũq; me ira. quo dolor. quo ſpes fe/
Hucire pgam. fluctib9 dedi ratem (ret:
Vbi aĩus errat. optimũ eſt caſum ſequi:
Nu. Cæca ẽ temeritas. q̃ petit caſum ducẽ
Cly. Cui dubia ẽ fortuna. qd dubiũ timet
Nu. Tuta eſt:latetq; culpa ſi pateris tua.

BER. ℂPellucet:clarum est:ut Ci.nullū factū aut dictū principis latere pōt.sic Iu.O corydon corydō secretū diui tis ullū esse putas:taceāt serui iumenta loquentur. Struis:paras dicis cōmissum tuū te grauare:& paras aliud. Modus:mēsura ē stulticia ponere modū negtiæ.i.libidini ꝙ nullo mō fieri pōt. Quod meruit: ꝙ uult tegere scelus scelere auget qđ meruit. Ferrū & ignis:īmo ne crescant mala solēt cadēte ferro puri. Extrema dicis ueꝝ sed prius adhibent malis alias medicinas:anteꝙ utanť ferro & igne. Præceps:fortuita & iconsiderata. Reflectas cōsideres illū esse maritū tuū:nec eē uiolandum. Vidua:debeo cōsiderare ꝙ reliqt me p decē annos. Sobolis:filioꝝ qui sunt pignꝰ amoris. Eqdē: decet meminisse quando græci retinebantur in aulide insula:ue plene supra diximꝰ.Misit ulyxē ad me:ut illi traderem filiā iphigeniā:quā dicebat se daturū uxorem achilli & illam sacrificare uoluit. Iugales:quæ solent portare in nuptiis. Præstitit:hironice decepit me. Redemit:ꝑ illa græci malachiā uocant:quando mare uidetur stare.

Fixa:īmota sine uentis. Pudet:ad quid deuenimus:ut quæ sum filia Iouis peperim filiā īmolandam pro uētis.

Tyndaris:lego filia putatiua tyndari. Lustrale:purgatorium. Caput:filiā. Reuoluit:recordatur:dicis me meminisse debere sobolis:ipsa memini quū maritauit filiam meā:sicut meretur domꝰ pelopidaꝝ ex qua oēs fuerunt scelerati. Ore sacrificō:cum Agamēnon ante aras diceret uerba deprecantia:& teneret filiā īmolandā:ipse calchas qui fuit auctor illius sacrificii horruit.Recedētes: qui uidebanť recedere propter scelus. O domus.ſ. pelopidarū:qui semper auget scelera. Emimus uentos cruore:tragice dicitur rē nō factā ꝑ factā:iphigenia nō fuit sacrificata:sed loco illius diana ceruā posuit. Sed uela:habuerunt prosperā nauigationē pp hoc. Nō ē:non habuerunt cursum pp hoc:sed aulide non petientes illos ex portu eiecerūt. Aulis:teste Strabone regiuncula est boetiæ petrosa & ciuitas eiusdē nominis:iuxta quā portus ē quingentarum nauium capax euripo calcidico ꝓximus ubi fuit statio classis græcorum in troiā coniurantium.

Auspicatus:tali principio. Amore fecit & mihi alias iniurias:cū ante captam troiam diuerse ex uariis troianorū locis raptarentur puellæ duæ inter alias formosissimæ captæ sunt Chriseis & briseis:quarum briseis in prædæ distributione contingit achilli.Chriseis uero agamēnoni: & quisq; suam ardenter amabat. sed cū chrisei chriseidos pater pro filia redimenda:ut scribit Home.in initio iliados ueniret ad græcos:nō solū multa deferens munera: sed ornatus insulis & aliis sacerdotalibus ornamentis orabat eos:& apollinis reuerentia:cuius sacerdos i Crisa insula erat:filiā sibi restituerēt.& ꝓciosa acciperēt munera:cui cū cæteri græci assentirēt:agamēnon ꝙ illā amabat eū iniuriosis & minacibus uerbis repulit apollo sui antistitis contumelia ꝓcit nouē diebus: ut Homerꝰ scribit.Et iumēta & hoīes sagittis cōfodit:cadebat hac peste quotidie miseranda multitudo:palladis monitu uocata cōtione achilles de placāda deoꝝ ira deliberat calchas Nestoris filius:qui cū mopso de uaticinio certauit:nisi astimone patri redderetur placari apollinē non posse in me diē ꝓtulit.Acclamantibus uniuersis agamēnon ꝙ ulyxem ad patrem puellā remittit. Achilli uero quē redende Astimones autorem credebat apparitoribus thaltibio & Euribate missis hypodamiam abstulit.

Cly.Pellucet omne regiæ uitium domꝰ:
Nu.Piget prioris:& nouū crimen struis.
Cly.Res ē ꝓfecto stulta: negtiæ modus.
nu.qđ meruit auget:ꝙ sceleť scelus obruit
Cly.et ferꝝ & ignis:& sepe medicine loco
Nu.Extrema primo nemo tentauit loco.
Cly.Capiēda rebꝰ in malis ꝓceps uia est
Nu.At te reflectat cōiugi nomen sacrū.
Cly.Decē ꝑ annos uidua respiciam uirū.
Nu.Meminisse debes sobolis ex illo tuæ.
Cly.Equidē & iugales filiæ memini faces
Et generū achillem ꝓstitit matri fidem.
Nu.Redemit illa classis immotæ moras:
Et maria pigro fixa langore impulit.
Cly.Pudet pigetꝙ:tyndaris:cœligenus.
Lustrale classi doricæ peperit caput.
Reuoluit animꝰ uirginis thalamos meæ
Quos dignos pelopeia fecit domo
Cum stetit ad aras ore sacrifico pater
Quasi nuptiales:horruit calchas suæ
Responsa uocis:& recedentes focos:
O scelera semp sceleribus uincēs domus:
Cruore uentos emimus:bellum nece.
Nu.Sed uela pariter mille fecerunt rates
Cly.Non est soluta ꝓspero classis deo:
Eiecit aulis impia portu rates
Sic auspicatus bella:non melius gerit
Amore captu:captæ īmotus præce:
Smynthea tenuit spolia phœbi ducis.

DAN. Smynrhea:Apollinis smynthei qui colebatur in crisa.

ℂPellucet:oē uitium eo cōspectiꝰ ē ꝗto maior ꝙ peccat habeť. Piget:arguētis sermo.frustra dolemus præteritis malis aiati ad futura.Et ferrum.το μιασμα και αγος ιατρευει θανατος scelus medicatur mors pha latidis snia. At te reflectat:scelus oē abaio propellat martialis & pudicus timor. Præstitit:agamemnon.

O domus:exclamatio:domum pelopeam:quam flebilem & infelicem Sophocleus pedagogus his uerbis cōmiserat. ωολυ φεροντε λαωμα ωελοωι δ ωντο δ ε οθεν σε ωατροσ εκφονων εγω ωοτε λαβον. &c.

Aulis:nobilis est portus quem boetii hyamas dixerūt agamemnoniæ classis statio.Plinius & pompo. auctores:& Naso.xii. Boeta tellus Aulide piscosa puppes tenuisset ituras. Impias quia immolatus erat filiam agamemnon rex. Smynthea:murum maxima uis iuxta chrissam ciciliæ oppidum:ibi extat templum apollinis cognomento smynthea mure qui erat insculptus simulachro ipsius apollinis:teste Eustachio in primo iliados.Extat supplicatio sacerdotis Chrissæ ad apollinem smyntheum in præscripto loco apud Home.κλυ ειμεν αγρυρο τοξοσ χρυτην αμφιβεβυκασ κιλλαν τεζαθεην τενεδοιοτειφι ανασσεισ σμινθευ. &c.

Ardorem

Ardorem sacre uirginis tantum ferens.
Non illũ achilles flexit indomitis minis.
Non ille solus fata qui mundi uidet.
In nos fidelis augur. in captus lenis.
Non populus eger: & relucentes rogi
Inter ruentis græciæ stragem ultimam.
Sine hoste uictus marcet: ac ueneri uacat
Reparatq; amores: ne ue desertus foret
A pellice unq̃: uel suus celebs thoros
Ablatam achilli diligit briseida
Nec rapere puduit e sinu uulsam uiri.
Hẽ paridis hostẽ nũc nouũ uulnus gerit.
Amore phrygiæ uatis incesus gerit.
Et post trophea ac uersum ilium.
Capte maritus remaneat & priami gener
Accingere anime: bella nõ leuia apparas.
Scelus occupãdũ ẽ: pigra q̃ expectas diẽ
Pelopeia phrygiæ sceptra dũ teneãt nur⁹
An te morantur uirgines uiduæ domi
Patriq; horestes similis horum te mala
Ventura moueãt. turbo quis rerũ ĩminet
Quid misera cessas: an adest natis tuis
Furens nouerca: per tuum si aliud nequit
Latus exigatur ensis ut perimat duos.
Misce cruorem: perde pereundo uirum
Mors misera non est. cõmori cũ quo ueli
Nu. Regina frena temet: & siste impetus
Et quanta tentas cogita: uictor uenit
Asiæ ferocis: ultor europæ trahit
Captiua ꝑgama: & ducit uictos phrygas
Hunc fraude nunc conaris ĩsana aggredi
Quem non achilles ense uiolauit ferro:
Quãuis ꝓcacem toruus armasset manũ
Non melior aiax morte decreta furens.
Non sola danais & hector & bello mora.
Non tela paridis certa nõ mennõ niger:
Non xantus armis corpora imixta gerẽs.
Fluctus simois cæde purpureos agens.
Non niuea proles cignus æquorei dei.
Non picta pharetras: & securigera manu
Peltata amazon: hũc domũ reducẽ paras
Mactare. & aras cæde maculare impia
Vltrix inultũ græcia hoc facinus feret:
Equos: & arma: classibusq; hortẽs fretũ:
Propone: & alto sanguine exundas solũ.
Et tota fata captæ dardaniæ domus

¶ Qui uide. s. calchas augur. In nos: quia dicit filiã meam esse immolãdam: sed in captas lenis. i. benignus: quia iubet illas restitui. Non populus: qui moriebatur peste: & reges mortuoꝝ non poterunt flectere agamemnonẽ. BER.

Sine hoste: quia captiua uincebat illum. Briseida: quã diximus raptã fuisse ab achille. Viri achillis. En: hironica indignatio: uide illum acerrimum hostem paridis: qui illius sororem captam sinu fouet. Nouum uulnus: nouum amorem. Phrigiæ uatis: cassandræ. Accingere parare ad uindictam. Occupandum: perueniendũ. Pigra: tarda ad necem mariti: an expectas illas captiuas troianas ut regnent. Nurus mulieres alias uxor filii. An te: ad se ipsam loquitur: resistis ne propter filias quas relictura es aut per orestem qui similis futurus est patri. s. sceleratus.

Virgies uiduæ: filiæ matre. Morantur: tardant. Hoꝝ: si tardas propter istos: imo poti⁹ deberes accelerare: nam passuri sunt multa mala ab illis captiuis. turbo: nõ uides procellam quæ imminet eis. Furens: cassandra: uel odio contra filios uel quia uates erat. Per tuum si non est illa uia interficiendi maritum: nisi te cum eo iterficias: etiam hoc debes aggredi ut cum eo moriaris. Cõmori nõ misera mors erit: quia cõtenta morieris. Regina: nutrix dehortatur clytemnestram ne tantum scelus aggrediatur.

Procacem: audacem: nam procari est audacter petere. nã achilles posuit manum ad ensem: ut interficeret agamẽnonem. Aiax: tot reges & uiri fortissimi non potuerũt occidere illum quem insidiis perdere conaris. Hector: de his oĩbus superius diximus. Purpureos: aquas infestas sanguine. Cygnus. fili⁹ neptuni: de quo dixim⁹ in troade. Non ubiq; ad non supple uiolauit. Feret. q. d. non etiam si interfeceris illum græcia non patietur illum inultum. Equos: pone ante oculos potentiam Agamemnonis: & facinora quæ ipse fecit.

¶ Indomitis minis: nam teterrimis iurgiis pro cõtumeliis Agamemnone lacessit achillis apud homerum cũ nollet puellam sacerdoti restituere nec moueretur pestilenti græcorum strage. ωμοιαναι θειηνεπιει μενε ιερδαλεοφροσ. & alibi auaritiæ insimulat φιλοκτεανωτατεταντων. In captas lenis atqui in polyxenam nõ ualde lenis. DAN.

Rogi: pro defunctis pestilentia. Marcet: potat: bacchatur. Briseida. i. hippodamiam brisei filiam sacerdotis.

Morantur: impediũt retrahunt. Turbo: uiolentia. Frena: cohibe. Europæ: greciæ.

BER. ¶Re gesta: facta ab eo tanta uirtute ideo pacifica animum tuum: & cœpto desine.

QVod tẽpus: Ægistus agamẽnonẽ ueniẽtẽ timet: & clytẽnestra exhortatur eũ ne timeat mortẽ dicitq; se uelle debitã reuerẽtiã marito pstare. Ægistus aũt illã dehortat q ex supbia agmẽnonis: & cũ illis captiuis nunq̃ bñ uiuere poterit: clytẽnestra rñdet pp cõcubinas nõ eẽ irascẽdum marito: quẽadmodũ ipsa peccauit debeo peccãtẽ ferre. demũ Ægist⁹ deliberat exulare q uidens clytẽnestra statuit cũ eo agamẽnonẽ interficere. Extremũ: qa putat se morituꝝ. Quid terga: hortat seipsum: ut sit fortis animi. Impetu: per metaphoram: qd statim abiicis omnẽ rõnem: nã si moriẽdũ eẽt: ẽt illud sortiẽ ferendũ eẽt. Aduerso: nõ fugiente. Sic nato: ifami sicut tu qui pre & filia natus es; nã ut inqt Cice. Melius ẽ mori q̃ turpiter uiuere. Tu nos: si ueneris mecũ interficiã agamẽnonẽ. Ledea: casus ablatiui. i. tua. tua hasta. Ignauus ductor: agamẽnõ qui semp marcet amoribus. Fortis pr. s. ad imolãdum filiã iphygeniã. reddet sanguinẽ. s. filiæ. Obrutus: aspectus. Amor iugalis: maritalis. q̃re effecta sit pallida. Abire prius: non uiolare torũ mariti ut feci. Fortuna: ipotẽs potentia eius nullis frenis se cohibẽs. Flatũ: magno successu uictoriæ suæ metaphora est a uẽtis. Grauis: molest⁹ etiã qñ indigebat opẽ: nũc aũt quid faciat solus uictor. Efferunt isolentes faciũt.

Turba pellicum: concubinarum quas secum ducit. Lõge. s. damnatur ultra alias. Famula: cassandra uates ueridici dei. i. apollinis. Victa subiecta. Consortem: participem. s. cassandram. Illa nollet. s. tepati etiam si uelles: nam te expellet. Vltimum. s. habere pellicem. Regna: pulchra sententia. ut regnum non patitur socium: nec capit duos. Sic tedæ. i. matrimoniũ non uult ferre parem.

Victor si agamemnon aliquid sibi permiserit q minus liceat in cassandram raptam illi est cõcedendum propter uictoriam nec decet uxorem respicere. Solio. i. regi: nã solium sedes regalis est: aliud conceditur regibus qd non licere priuatis toris. i. mrimoniis in quibus decet seruare fidem. Admissi. adulterii: nam & ipsa peccauit in eũ quẽadmodum ipse in me. Det ille: qui est in crimine parcat aliis similiter delinquentibus. Ita est scilicet q habebis ue

DAN. niam. legendum est hironice.

Vod tempus: secunda est pars per epithasim ægisti suadentis clytẽnestræ mortem agamẽnonis Caput: tuum. Non est pœna: mors est solatium male natis. Comitare: seq̃re consilium nrm. tãtum q̃tũ fudit filia imolata id qd ipsa clytẽnestra ualde quæritur apud sophoclem hiis uerbis. εωει: ωατηρουτοσον θρηνεσ αει την σθυοωαιμον μουνοσ εμλην εταηθυσ αιηεοισινου νισον καμωνεμαι λυτη σοτεσ ωεειρωσ ωερησηι του τεγω &c. Flectit: oẽm meũ ipetũ amoris qppe maritalis imago ardẽtissima ẽ nec sine maxima uenerationẽ cõtẽplãda inqt Valeri⁹ lib. iiii. & diuus Hierony. affirmat magnũ arctioris idulgẽtiæ uiculũ esse unico uiro fœminã applicari adducitq; in mediũ exẽplũ portiæ uxoris bruti. Quẽ pœniret: aurea & magnifica sñia & christianissimo cuiq; plane seruanda. Angelicum siquidem est pœnitere malorum: hinc illud Ouidianum ad brutum: pœnitet o si quid miserorũ creditur ulli pœnitet: & facto tor. ipse. μεταοεω græce pœnitentiam ago & μεταναα ab ausonio gallo: nempe ut pœniteat sic metanœa uocor. Vt nihil subesset: ut nihil reliquum sit ad superbiam agamemnonis quasi dicat reuertetur insolentior ex superbia: uictoria siquidem inflat. Tenet amore sui. Vltimum: maximum. Nec regna: Non capiunt dominos regna uenusq; duos.

BER. ¶Ignota fis: reges putare peccata sua nulla esse & alioꝝ grauia. Æqui: qa putãt se bñfacere nec i se ulla eẽ pctã. Pignus. s. facere oĩa pro libidine. Ignouit: quẽad-

Re gesta danais: cõprime affect⁹ truces
Mentemq; tibimet ipsa pacifica tuam.

Aegistus Clytẽnestra

Aegistus loquitur.

Vod tps aio semp & mẽte horrui
q Adest pfecto reb⁹ extremũ meis.
Quid terga uertis aĩe qd prio im/
Deponis arma: crede pernicie tibi (petu
Et dira sæuos fata moliri deos:
Oppone cunctis uile suppliciis caput
Ferrũq; & ignes pectote aduerso excipe
Cly. Aegiste non est pœna sic nato mori
Aegy. Tu nos periculi socia tu læda nata
Comitare: tantum sanguinem reddet tibi
Ignauus iste ductor. ac fortis pater.
Sed quid trementes circuit pallor genas
Iacensq; uultu languido obrutus stupet:
Cly. Amor iugalis uincit ac flectit retro.
Remeemus illuc unde non decuit prius
Abire: sed nunc casta repetatur fides
Nam sera nunq̃ est ad bonos mores uia.
Quẽ pœnitet peccasse pene est innocẽs.
Aeg. quo rapis amẽs: credis aut spas tibi
Agamẽnonis fidele coniugium. ut nihil
Subesset mimo q graues faceret metus.
Tamẽ supba & impotens fletu nimis
Fortuna magno: spiritus tumidos dabit
Grauis ille sociis stante adhuc troia fuit.
Veniet tirãnus: prospera aĩos efferunt
Effusa circa pellicum quanto uenit
Turba apparatu: sola. sed longe eminet
Tenetq; regem famula ueridici dei:
Feres ne thalami uictam consortem tui.
At illa nollet: ultimum est nuptæ malũ.
Palam mariti possidens pellex domum.
Nec regna socium ferre: nec tædæ sciunt.
Cly. ægisthe qd me rursus in pceps rapis
Irãq; flãmis iam residentem excitas.
Permisit aliquid uictor in captas sibi
Nec cõiugẽ hec respicere: nec dñam decet

Lex alia ſolito eſt:alia priuata in thoro.
Quid quod ſeueras ferre me leges uiro
Non patitur aĩus turpis: admiſſi memor
Det ille ueniam facile:cui uenia eſt opus.
Aegy. Ita eſt paciſci mutuam ueniã licet.
Ignota ſunt tibi iura regnoꝝ haud noua.
Nobis maligni iudices:& æqui ſibi.
Id eſſe regni maximum pignus putant:
Si quicquid aliis non licet:ſolis licet.
Cly. Ignouit helenæ iũcta menelao reddit
Quid me:nunc accedit ad diuinationem de morte suorum & ipsiusmet. Vmbra:animæ uidebāt ita sibi uidere suos. Pater priame.Solam:quia oēs mei mortui sunt exceptame. Troia sepulta:interēptis oib⁹ nr̄is. Frater:hector appositiue auxiliū & terror:uidebāt illi uidere hectorē. Exustis:nā hector ignē tulit ad naues græcoꝝ nō uideo te nūc talem sed laceratū. Troile:frater q adolescentulus cōgressus cū achille iterēpt⁹ est. Incertos:q nō pnt cognosci.nam ut scribit Virgi.in.vi.ænei.trūcis naribus & auribus & umbra deiphœbi apparuit æneæ. Munus:domum nouæ cōiugis helenæ quæ post mortē paridis illi nupserat:& supma nocte illū pdidit dicēte Vir.Intra tecta uocat danaos & limina pādit. Canē:cerberū. Auidi qui oia deuorat. Hæc ratis:cymbā carōtis quā uidebāt uidere hodie uehet aīas regias:intelligit aīam agamēnonis actā.i.impulsam uiolenter ex corpore:nā occisus fuit ferro. Victā.s.meā & uictricē agamemnonis. Iurata unda stigiā paludē itelligit:rogat deos ut apiāt terrā ut aīæ troianorum possint uidere uindictā de morte agamēnonis.

Terga superficiem terræ:nā ipsi sunt in centro. Polini grātis:cœli uestri infernalis obscuri. Leuis:sine corpore:nā aīæ incorporeæ sunt. Mycenas:ubi occidetur agamē non:nā ut inquit iuuenalis. Vindicta bonum uita iucū dius ipsa. Spectare:uertit sermonem ad aīas troianorū.

Fata dii qui nobis fuerāt inimici:nūc se uertūt cōtra græcos. Sorores:furiæ de quibus diximus. Leua sinistra .Illa.s.furia apparat secū hitu mortifero. Nocturni:qa solent errare in nocte. Vasti:gigantum qui sunt in principio inferni.

¶ Fatalis capitalis patriæ & nobis. Fœmina manu : ad clytemnestram pertinet hoc uaticinium. Ferrum bipennē:armantur securibus & peltis amazones ut tradit apollonius in.ii.& Penthesilea amazonum regia teste pli.iuenit securim prima. Ferarum:troianoꝝ.Marmaricus leo agamēnon. Deiphœbe:deiphœbus priami ex hecuba filius cui nupsit helena post paridē quæ dictio cū græcæ sit Δηιφοβοσ nullo modo latine deiphœbus dici pōt:ut docet passim lectio homerica:pōt aūt iterpr̄tari fuga uastationis nā ουοβοσ fuga & Δηιζο populor sed prius dicebāt deiphœbus. Victam & uictricem:ibimus æqua sorte & necessitate uicti pariter & uictores in inferū hodie:omnes enim una manet mors & temptanda semel uia læti:recte meminit Horati⁹ numerosus & doctissimus in tertio carminū æqua lege necessitas sortitur isignes & imos. Omne capax mouet urna nomen. Iurata:passiue posuit participium absoluto. Poli:improprie dictum.

DAN.

BER.

BER. ¶ Senex:tantalus qui adeo triſtabatur ut ſitis ſue non recordaretur propter Agamemnonem nepotem ſuum. Futuro:morte agamemnonis futura. Pater:auctor troiæ econtrario letabatur dardanus in uindictam ſuorum. Cadit:nam phœbades decedente ſpiritu:ut ſcribit Vir. Examines relinquebantur. Releuemus:dicunt mulieres troianæ. Entheos:concitatos ſpiritu. Victrice:dat locum ſequenti ſcenæ.

t Andem:Hic eſt quartus actus in quo reditus agamẽnonis in urbem:ueniens agamemnõ uidit caſſandram exanimã:iubetq; eã refocillari aqua ut reuiuiſcat:demũ cũ reſipiſciſſet:uaticinatur ſine furore mortem agamemnonis. Gelido latice:aqua frigida. Marcente:deficiente.iam incipit leuari. Feſtus & troiæ:uidetur dicere de una re:& intendit aliam:troia habuit diem feſtum & ideo prodita fuit quando miſſus eſt equus. Pater:etiã priamus occiſus eſt ante aras. Arceum:etiam pater meus ante aras iouis arcei interemptus eſt. Credis loco:cum ſim mycenis tu reſpondes tanquam ſis troiæ. Helena:quæ ſemper eſt cauſa ruine:ſed intelligit a ſimili clytemneſtram. Libertas:ut inqt Cicero:neſcit ſeruire qui uoluit mori. Non timet:quod non credis. Hanc:credit agamemnon ipſam furiatã unde imperat famulis & illam teneant donec ceſſerit furor. Ad te:uertit ſermonem ad iouem. Sororem:iunonẽ. Pollentis:potentis omnia. Viri:mariti. Donis:thure. Fibra:pars pro toto.i.uictima.

DAN. ¶ Futuro funere:nepotis agamẽnonis. Flexo gradu:cernuus & procumbens quod græci dicunt οκλαε Apolloni⁹i tertio de tauris quos domuit iaſon .τονλεν χθουι καβαλλενοκλαξ ριμφα ϖολιϖοσσα κρουσασ χαλκεον.

t Andem reuertor:Secunda pars agamemnonis iã agitur & quartus actus in quo lætus uictoria & diues troiana præda agamemnon reuertitur Mycenias.laſſam autẽ Caſſandrã relicto ſpiritu apollonico inuitat ad cõmunem deorum cultum:id quod renuit caſſandra ante aras iouis herei miſericorditer & turpiter patrem procubuiſſe recordata. Refouete gelido latice:aquam in faciem inſufflare donec redeat in ſe. Marcente:natante.languido. Herceus iuppiter:quemadmodum in noſtra caſtigatiõe admonuimus colebatur intra domeſtica ſepta quem aliter deũ penetralẽ appellabant. Pelliſq; nubes:in manu eſt iouis & cogere & pellere nubes:inde Homerus ſepiſſime uocat iouẽ nepheligeretam ϖαρα το αγειρο & νεφελη quaſi cõgregãs nubes aliter dici ſoleti uppiter nephelodes ideſt nubib⁹. ad quem:Romæ erat templum iouis feretrii cui iouis ferebãtur ſpolia hoſtilia conditum a romulo ut tradit Plutarchus. Hic autem Seneca uidetur ut aſſolent poetæ locutus κατα την ϖτολιηψιν ad tempora ſua.

Corrupta lõgiquo ſitu palude liioſa iacent
Et ecce defeſſus ſenex:ad ora ludẽtes aq̃s:
Nõ captat oblit⁹ſitis mœſt⁹futuro funere
Exulat & põit gradi⁹ pr̃ decoros dardan⁹
Cho. Iam peruagatus ipſe ſe fregit furor:
Caditq; flexo qualis ante aras gradu
Ceruice taurus uulnus inciſa gerens.
Reuelemus artus etheos tanden ſuos.
Vertice lauro cinctus agamẽnon addit.
Coniunxq; pariter obuios illi tulit
Greſſus:redit iuncta concordi gradu.
Act⁹.iiii. Agamẽnõ Caſ. Aga. loquit⁹.
Andẽ fuertor ſoſpes ad pr̃ios lares
t O cara ſalue terra:tibi tot barbare
Dedere gentes ſpolia:tibi felix diu
Potentis aſiæ troia ſummiſit manus.
Cur iſta uates corpus effuſa ac tremens
Dubia labat ceruice:famuli attollite.
Refouete gelido latice:iam recepit diem
Marcente uiſu:ſuſcita ſenſus tuos.
Optatus ille portus erumnis adeſt
Feſtus dies eſt. Caſ. Feſtus & troiæ fuit:
Agam. Veneremur aras
Caſ. Cecidit ante aras pater.
Agam. Iouem precamur pariter
Caſ. Herceum iouem:
Agam. Credis uidere te ilium
Caſ. Et priamum ſimul
Agam. Hic troia non eſt:
Caſ. Vbi helena eſt:ibi troiam puto:
Agam. Ne metue dominam famula:
Caſ. Libertas adeſt:
Agam. Secura uiue.
Caſ. Mors mihi eſt ſecuritas:
Agam. Nullum eſt periculum tibimet:
Caſ. At magnum tibi eſt
Agam. Victor timere quid poteſt
Caſ. Quod non timet
aga. hãc fida famuli turba dũ excutiat deũ
Retinete ne quid impotens peccet furor:
At te pater:qui ſæua torques fulmina:
Pelliſq; nubes:ſydera & terras regis:
Ad quem triumphi ſpolia uictores ferũt
Et te ſororem cuncta pollentis uiri
Argolica iuno:pectore notiuo libens
Arabũq; donis:ſupplice & fibra colam.

Corhus græcorum.

Rgos nobilibus nobile ciuibus
a Argos iratæ carum nouercæ:
Semper ingentes educas alumnos
Imparem æquasti numerum deorum.
Tuus ille bisseno meruit labore
Adlegi cœlo magnus alcides
Cui lege mundi iuppiter rupta:
Roscide noctis geminauit horas
Iussitq; phœbum tardius celeres
Agitare currus:& tuas lente
Remeare bigas candida phœbe.
Retulitq; pedem alterius nomen
Stella quæ mutat seq; mirata est
Hesperum dici:aurora mouit
Ad solitas uices caput:& relabens
Imposuit senis humero mariti.
Sensit ortus:sensit occasus:
Herculem nasci uiolentus ille
Nocte non una poterat creari:
Tibi concitatus substulit mundus:
O puer subiture cælum.
Te sensit nemus arcto:
Pressus lacerto fulmineus leo:
Ceruaque parasis.
Sensit archadii populator agri.
Gemuitq; tarus dictæ linquens
Horridus arua:
Morte secundum domuit draconem
Vetuitq; collo pereunte nasci.
Geminosq; fratres pectore ab imo
Tria monstra natos stipite incusso
Fregit insultans:duxiq; ad ortus.
Hesperiumq; pecus geryonis.
Spolium triformis Egit treicium gregẽ.
Quem non strimonii gramine fluminis
Hebri ut ripis pauit tyrannus.
Hospitum dirus stabulis cruorem
Præbuit sænis:tinxitq; crudos
Vltimus rectus sanguis aurigæ.
Vidit hyppolite ferox.
Pectore e medio rapi spolium & sagittas:
Nube percussa stymphalis alto
Decidit cœlo
Arborq; pomis fertilis aureis
Extimuit manus insueta carpi
Fugitq; in auras leuiore ramo
Auidit sonitum trepidante flamma

ARgos. Introducitur corhus laudans argos a nobilitate regum:quod probat per labores herculis. Versus est asclepiadeus:sed interdum mutatur. Carum:quia ibi colitur. Nouercæ:iunõi. Impare:quare addidisti herculem cœlo. Bisseno:duodecim. Adlegi:ad superabundat. Roscide:humide:nam ut uidim⁹:Iuppiter geminauit noctem quando generauit herculem. Retulit:hesperus iussus est nõ uenire. Nomen:dum deberet uocari lucifer appellatus est hesperus. Alternius:aduerbiũ est uicissim Hesperum nam bis stetit & bis hesperus appellatus est.cum lucifer de mane appellari soleat. Aurora:eodem modo fecit aurora quæ dormiebat apud titonem maritum. Vices:ut ueniret more solito. Relabens:iterũ cadẽs cũ capite redibat ad maritũ:nã cũ surgit aurora:ut scribit Vir.dr̃ relinquere cubile. Titoni:uñ scribit titoni croceum linquẽs aurora cubile. Senis titoni mariti sui. Sensit:quia geminata est nox. Substitit:firmauit sequi semper moueri solet. Tibi:propter. Nemus:leo in nemea silua duodecim isti labores in hercule furente explicati fuerunt. Parasis:archadica. Populator:uastator aprorũt. Dictea cretensia. Fœcundum:renascentem:idram intelligit. Geminosq; fratres:gerionem itelligit hispanũ. Stipite:claua icusia supra caput geriõis:& fratres quos geminos appellat:cum essent tres sed ꝓprie gemini sunt nati eodem partu. Treicium intelligit diomedẽ & equos suos:equos pascebat carne humana. Vltimus.s.ipse diomedes qui ab Hercule equis suis apposit⁹ est ad comedẽdum. Rictus:ora equorum. Aurige:ibi aurigam ponit pro diomede. Hyppolite:regina amazonum. Spoliũ:balteum quo erat cicta. Stymphalis:aues stymphalides sagittis confecit hercules. Arbor:intelligit ortos hesperidum aureis pomis spoliatos. Leuiore:spoliato pomis:nam prius pendebat propter onus. BER.

ARgos. Octauum est carmen quod asclepiadeo mõ sapphico iscribit metro modo etiã archilochio dimetro argos laudibus prosequitur uoce cantantis corhi. Ciuibus:presertim hercule qui ab euicto orbe superis allegatus est & inuita iunone apotheosim consequutus. Rosidæ:roriferæ & humectæ. Geminauit:extendit triplicauit lucreti⁹ thebas Alcmene qua dũ frueretur olympi rector luciferum ter iusserat hesperon eẽ triplicauit noctem iuppiter dum patraret magnum opus & ut su⁹ daretur deliciis terminus non breuis. Nocte non una:nã sicut breue opus cito perficitur ita magnum opus nõ nisi longo tempore perfici potest. Geminos fratres exponunt non nulli per geryonem non placet. Vidit hyppolite:hercules Menalippem amzõa dilexit & dilecta est potius hyppolite eius soror uerita ne alio auferret infinita misit munera herculi & zonam uariam auctor Apollonius rhodi⁹ in scdo argonauticon. ιππολυτηξω ϛηραπαναιολον εγγυαλιξεν. αμφικασιγνητησοδαπημονα πεμπενοπιαϛω &c. Arborq; pomis athlas rex pascebat oues purpurea lana has rapuit hercules ide occasio data fabulæ est de aureis pomis quæ græce dicuntur ταμηλα.id quod est medium ouis & poni uocabulum. DAN.

SER. ¶Frigidus custos:serpēs puigil'ad custodiā orti audiuit herculē cū ignibus:qñ spoliauit ortū. Plenus:onustus illis pomis. Tractus:cerberū intelligit ad superos tractū. Triplici:qa tria capita habebat. Mēdax fallax nā pciū neptuno & apollini negauit qui pgama struxerāt. Succidit:cecidit. Arcus iterū: nā faratum erat troiā ñ posse capi iterꝫ sine sagittis herculis:ꝙ factū fuit ut supra narrauim⁹ cū philotetes illas hꝫet.

r Es agitur:Hic est quint⁹ act⁹ in quo habetur mors agamēnonis quæ nō potest agi in scena sed tractaꝫ per uisionē & uaticiniū cassandræ. Magna:ꝙ nō fuit talis troia in decē annis. Preciū:qa uindictā hostis. Vicim⁹:qa hostis occidit. Traxisti sicut corruisti:ita nūc corruit rex mycenarum. Dat terga quia fugit. Tam clara:nunq̄ uidi per uaticiniū tam clarā rem. Prouide:anteuidentis. Furor:uaticinium. Nō fallit:quia interfum & uideo. Spectamus: describit ordinē rei:paratur conuiuium agamemnoni quod erit tale sicut fuit troianis qui credentes græcos discessisse lætis cōuiuiis uocabāt:& illa nocte capti fuerunt. Ostro iliaco:purpura quam ex præda troiana habuit. Auro:bibunt pateris quas olī habuit assaractus rex troianorum. Sublimis:in sede alta sedet agamemnon. Exuuias:ornatus uestę quæ fuit Priami regis. Detrahere cult⁹:uestem clytemnestra instabat ut deponeret illam uestem:& sumeret aliam quā propriis manib⁹ texuerat. Hostiles troianos. Exul:ægistus:timeo referre quæ uideo clytemnestrā & ægistū parare mortem agamemnoni. Fata:ipsa mors. Domini:agamēnonis. Cruor:in mensa:sanguis miscebatur uino Mortifera:clytemnestra inferens mortem. Exitum: qa non poterat educere manus ex illa uestę. Manibus:per manicas. Sinus laxi:largi non permittunt exire caput. Semiuir:Ægistus timidus haurit.i.aperit latus agamēnonis:nec magnum uulnus facit quia in medio uulnere stupebat nec audebat perficere facinus. At ille.s.agamēnō erat tanq̄ aper hispidus.i.septuosus & horridus qui captus laqueo cum plus trahit tāto magis ligatur. Casse:laqueo. Arctat:stringit. Incassum:frustra quare nō potest. Disiicere:frangere. Cæcos:clausas uestes. Implicitus:implicatus in hac uestę. Hostē:a quo percussus erat: sed non uidet. Tyndaris.clytemnestra.

OAN. ¶Fuluo metallo:periphrasis auri. Dardaniæ:troiæ. Quod annis:scilicet nunc cocidit.

r Es agitur. Sanguis funditur agamēnonis manu ægisti adulteri sceleris duce & magistra fœmina occiditur & Cassandta uexaꝫ minis maternis electra filia quæriꝫ ad cædē: Orestes cæterum per sororem occultatus est ut maternæ necis occasione paterna ulciscatur quintus actus. Carmē uero nouum & ultimum quod scribitur metro archilochio tota hæc ultima pars de ηλεκτρα Sophoclis usurpata. Par annis decem:non minoris ruinæ q̄ quæ illata est troiæ spacio annorum decem. Precium furoris:in precium uaticinii sit cædes agamemnonis. Fidæ:sarcasmos. Exul auget in adulterio maliciam. Inulta:imposita. Vinctum: impeditum. Haurit:fecit poeta per tunicam squalentem auro latus haurit aptum. Penitus:in altum pene intus Inuii consutiles sine exitu. Semiuir insultatio in meticulosum mechum. Armat bipenni.apud Sophoclem lamentans electra in hæc uerba accedit ad hanc partē. o mihi misera multa addas luge & multum pectus sanguinolentum feriens quantū miserum meum parētem defleo quem ad barbarā terram cruentus mars non peremit mater & mœchus ægisthus cruenta securi perimunt ut solēt calones quercum scindere οτωστ αρυννλοτομοισχεου σικ αρα φοινιω ωελεκει &c.

Frigidus custos nescius somni.
Linqueret cum iam nemus omne fuluo
Plenus alcides uacuus metallo.
Tractus ad cœlum canis inferorum:
Triplici cathena tacuit non ullo
Latrauit ore lucis ignote
Metuens colorem:te duce succidit
Mendax dardaniæ domus:
Vt sensit arcus iterum timendos:
Te duce concidit totidem diebus.
Troia:quot annis.

Actus quintus. Cassandra loquit.

r Es agit itus:magna par annis decē
Heu qd hoc est:aie cōsurge & cape
Precium furoris uicimus uicti phryges
Bene est:resurgis troia:traxisti iacens
Pares mycenas:terga dat uictor tuus:
Tam clara nunq̄ prouide mentis furor.
Ostendit oculis:uideo:& itersum:& furor
Imago uisus dubia non fallit meos
Spectamus epulæ regia instructæ domo
Q uales fuerunt ultimæ phrygib⁹ dapes
Celebrantur ostro luctus iliaco nitet.
Merūq; in auro ueteris assarici trahunt.
Et ipse picta uestę sublimis iacet:
Priami superbas corpore exuuias gerens.
Detrahere cultus uxor hostiles iubet:
Induere potius coniugis fide manu
Textos amictus:horreo atq; aio tremo.
Regem ne perimet exul:& adulter uirū:
Venere fata:sanguinem extreme dapes
Domini uidebūt:& cruor baccho incidet
Mortifera uictum perfidæ tradet neci:
Induta uestis exitum manibus negat.
Caputq; laxi & inuii claudunt sinus.
Haurit trementi semiuir dextra latus:
Nec penit⁹ agit:uulnere in medio stupet
At ille ut altis hispidus siluis aper.
Cum casse uinctus:tentat egressus tamen
Arctatq; motu uincula & incassum furit:
Cupit furentes undiq; & cæcos sinus
Disiicere & hostem querit implicitus suū
Armat bipenni tyndaris dextram furens.

¶ Qualis: fecit quẽ admodũ is qui uult ferire taurꝫ ante aras: primo notat locũ in quẽ uult ferire. Librat: ele BER.
uat. Habet percussus ẽ: dũ hæc uidit dicit clytẽnestrã percutiẽte: antiq dicebãt absolute: habet. i. percussus ẽ. Pendet: qui in totũ nõ potuit abscindere. Murmure: nã adhuc cadẽs murmurabat. Recedũt: nũc audet Ægistus ipso Agamemnone ꝑempto. Adiunat. i. clytẽnestra. Respõdet: suis cõuenit & similis est maioribus suis. Thieste. s. pfido. Helene. s. scelerate quæ deiphœbũ maritũ lacerare fecit. Stat: sol ob scelus firmauit se dubius an deberet fugere & obscurari quemadmodũ fecit quando thiestes comedit filios: unde dicit Thiestea uia. s. ꝑ quam fugit propter scelus thiestis.

Qualisq; ad aras colla taurorum prius
Designat oculus: anteq̃ ferro petat:
Sic huc & illuc impiam librat manum:
Habet percussus est; pendet exigua male
Caput amputatũ parte: hinc trũco cruor
Exundat: illinc ora cum fremitu iacent.
Nõdum receduntꝫ ille iam exanimẽ petit
Laceratq; corpus illa fodientẽ adiuuat.
Vterq; tanto scelere respondet suis.
Hic est thyestes natus: hæc helene soror.
Stat ecce titan dubius e merito die
Sua ne curat an thyeste a uia.

Electra.

Vge o pr̃ne mortis auxiliũ unicũ.
f Fugito scelestas hostiũ euita manꝰ
Euersa domꝰ ẽ fundit r̃gna occidũt
Quis iste celeres concitus currus agit:
Germane uultus ueste furabor tuos:
Quos aie demẽs r̃fugis: externos fugis:
Domꝰ fugiẽda ẽ: pone iã trepidos metus
Orestã: amici fida perfida intuor.

Strophius Electra. Stro. loquit̃

P Hocide relicta strophiꝰ elea ĩclitus
Palma reuertor causa ueniendi fuit
Gratari amico: cuius impulsum manu
Cecidit decenni matre concussum ilium.
Quæ nã ista lachrỹs lugubrẽ uultũ rigat
Pauetq; mœsta: regium agnosco genus.
Electra luctus cã quæ læta in domo est
El. Pater ereptus scelere materno iacet:
Comes paternæ quæritur natus neci.
Aegistus arces uenere quæsitas tenet.
Stro. O nulla longi temporis felicitas:
El. Per te parentis memoriã obtestor mei:
Per sceptra terris nota: per dubios deos.
Recipe hũc orestẽ: ac piũ uultũ occule:
Stro. & si timẽdũ cæsus agamẽnõ docet:
Aggrediar: & te oresta furabor libens.
Fidem secunda poscunt. aduersa exigũt.
Cape hoc decorum ludicri certaminis
Insigne frontis: leua uictricẽ tenens
Fronde uirenti: protegat ramo caput.

Vge electra filia agamemnõis uidẽs pr̃em mortuũ fr̃i orestι cõsulit ut fugiat seruetq; se ab iniqua parẽte ut possit ulcisci mortem parẽtis. Hostiũ. s. ægisti & clytẽstre. Quid iste. uidet strophiũ uenientem timetq; quo possit occultare fratrẽ cũ sibi oĩs fides dubia sit: strophius aũt fuit rex phocẽsis pr̃ pyladis amicus & consanguineꝰ agamemnõis qui clã mycenis Orestẽ seruãdũ subtraxit.

Furabor: occultabo ne uideãt. Domꝰ domestici & mater ipsa: unde nõ sunt fugiẽdi externi. Intuor: uideo strophium amicum nostrum.

Hocide ueniebat strophius ut agamemnonem amicum suum uiseret uictorem ex bello troiano redeuntem: ipseq; lætus erat qa palmam habuerat in ludis olympicis. Elea corona habita apud elidem em ciuitatem in certamine iouis olympici. Concussum: fractum. Quæ nam: sed cum appropinquaret uidit electrã uirginẽ plorantem: rogatq; causam luctus sui. Natus: orestes quæritur ut interficiatur. Venere. adulterio matris. Longi temporis: ut inquit poeta magni breuis est fortuna fauoris. Dubios: incertos ita tibi posset accedere. Et si: q̃uis uideã. q; isti potuerũt opprimere potentissimũ regẽ: tuũ accipiam puerum seruandũ. Timendũ. s. esse. Furabor occultabo. Fidẽ: notabilis sentẽtia: poscũt quasi inuitat.

Exigunt: quasi debitam: nam nullis calamitatibus debet mutari fides. Capꝫ: dat puero isignia quæ hũerat ĩ certamie olipico ramũ palmæ & coronã. Leua: manꝰ finistra. DAN
¶ Habet: metaphora a Venatore qui habet in cassibus feram. Emerito: quasi iam ꝑfecto.

Vge: apud Sophoclẽ subducit̃ cõscia Electra
f puer orestes & occultat̃ a fido ꝑdegogo o puer quẽ ex cæde patris a tua sorore recipiens seruaui & enutrici usq; ad hoc ætatis ut fores ultor cædis paternæ. nunc Oresta & tu carissime hospitum pilade cõsulẽdũ est qd fieri oporteat. &c. τιχρη δραν ταχα βουλευτεον &c. Euita: caue. Hostium: matris & adulteri. Domus: pr̃ tuus Columẽ domus. Quos aie correctio est in seipsam. & est ĩ hoc proscenio præparatio sequentis scenæ apte quæsita.

Hocide: clytẽnestra Orestem insectatur ut occideret cũ patre opportune igit̃ ꝑcedit Strophius cuius fidei creditus puer occultet̃. Electra uero ad cassandram confugiet est autẽ secũda pars noni carminis loquit̃ strophius secum ueniẽs
p phocide. Venere: adulterio capitali ptas. Et si timẽdũ. apte oñdit̃ fidi hospitis ĩtegritas atq; cõstãtia q̃ ĩ aduersis nõ det terga sed se ultro auxiliatorẽ offerat & amicũ fidelẽ. Oresta uocãdi casus a græca ĩflexiõe detortꝰ eoꝫ. q̃ habet. τ. ĩ ultima sic apud sophoclẽ νυν ουν ορεστα και συφι ατατεξενων ϖυλαδη &c. Fidẽ scda ꝑspera fortuna. n. facile amicos ĩuenit aduersa piclitat̃ & ꝓbat. Ludicri certaminis: lusorii certaminis q; hercules istituit in funere ꝑlopis & uictorẽ in ipo ludicro apio coronari. ludicrus ludicra ludicrũ scdæ inflexionis. At Prisci a, tertia eẽ ĩuenit, a ludo deriuatũ est aut qdcũq; lusoriũ & ioculare.

BER. ¶ Pisei: qui apud ipsam colitur: hoc erit tegẽdũ uultum ne quis cognoscat: & auguriũ futuræ uictoriæ. Cõdisce: o pilade fili qui mecum ex incursu exempli mei disce ami citiam colẽdam esse. Vos: uertit sermonem ad equos suos: dicens equi qui fuistis citi ad palmam nunc omnium græcorum. Præcipiti: uelocis. Operiar: expectabo postq̃ abiit frater. Victrix: clytemnestra dicens hæc audit matrem egredientem ut interficeret hestorem. Præse ferũt demonstrant. Concedam: ibo ad aras ubi est Cassandra & eam alloquitur. Vitiis: quib⁹ ligabatur qui immolãdi erant: & qui sacrificaturi diis præceps fundebant. Paria: similia: ut tu scilicet mortem.

HOstis parentis. Arguit clytemnestra filiam electram ꝙ uirgo audeat uenire in turbam uirorum. Parẽtis mei: matris tuæ. Impium: appositio est. Gnatum similem tibi: indignatiue loquitur. Modestius: scilicet loquere. Doces: scilicet audatiam nam audax nimiũ occidisti patrem. Agere fœminarum: scilicet esse mãsuetam. Malo: supplicio. Ferrum: hæc obicit matri. Nobis: quia tu loqueris in plurali quis est iste alter tuus. agamemnon qui tecum rex sit: quibus par esse non possim. Tu uidua: tu loqueris tanq̃ regina ubi est rex tu⁹: nã sunt correlatiua rex & regina mortuo rege non est regina. Edissere: interrumpit uerba electre dic ubi sit frater tuus. Parentem: scilicet mortuum. Iuste: si iusta ex mater satis debet esse quod est in tuto. Parum. s. ꝙ sit in tuto: est tibi parum si uis illũ occidere: quare non potest adimplere animum tuum. Hac. s. matris: & tangit manum. Decedo: ne habeas respectum occidendi me ante aras. Iugulum: interfice me quouis modo. Obsoletam: maculatam: eam. Ablue sanguine meo. Consors: loquitur ægystho: tu nihil dicis quod ista sceleta nata tot iniuriis me prouocat: & fratrem abscondit.

DAN. ¶ Pisei iouis: olympici iouis: in cui⁹ honorem olympia celebrabantur apud pisam & helidem quæ quinto quoq; anno fieri solebant unde primum computari per lustrũ cœpta sunt tempora ab hercule istitutore certaminis usq; ad primam olympiadẽ supputãtur. cccc. xxx. anni. Aciẽ: conspectum hostilem.

h Ostis: apud Sophoclẽ clytẽnestra arguit Electram impudentis & duri oris contra illa respondens aut disco a te mater quãdo quæ uidi faciam indecentia sed nempe ex te infelicia opera cogunt me talia moliri mala enim a malis discuntur. αισχρα πραγματεκδιδασκεται &c. quo quidem dialogo uidetur de idustria facta imitatio ob multorum translationem in hac scæna quæ continet Clytemnestræ insectatione & iurgia immanissima contra electram quæ confidentius matri respondeat q̃ decet & filiam & uirginem adest ab alia parte ægysthus acrius insultans & matris quam depudicauerat causam suscipiens in puellam. Quis esse credar: apud Sophoclem impudentiæ electræ his uerbis insultat Clytemnestra ωθρεμμαναι λεσυσεγα και ταμεπη. και ταργα ταμα πολλαγαν λεγειν ποιει. Fœminas ferrum decet: ut iam cernere est ferrum conuenit & concessum est fœminis non colus non pensum. Nobis: correctio quod melius dixisset mihi. Inuiæ quia dictũ est a principio: quo more cæt⁹ publicos uirgo petis.

Et ista demum palma pisei iouis:
Velamen eadem præstet: atq; omen tibi.
Tuq; o paternis assidens frenis comes:
Condisce pilade patris exemplo fidem
Vos græcia nunc teste uelloces equi:
Infida cursu fugite præcipiti loca.
El. Excessit: abiit currus effreno impetu
Effugit aciem: tuta iam operiar meos
Hostes: & ultro uulneri opponam caput:
Adest cruenta coniugis uictrix sui.
Et signa cædis ueste maculata gerit.
Manus recenti sanguine: & nũc madent.
Vultusq; præ se scelera truculenti ferunt.
Concedam ad aras: patere me uitiis tuis
Cassandra iungi: paria metuentem tibi
Cly. Electra Aegisthus cassan. cly. loquit.

h Ostis pentis ipiũ atq; audax caput
Quo mor cet⁹ publicos uirgo petis
El. adulteroꝝ uirgo deserui domũ.
Cly. Quis esse credat uirginem
El. Gnatam tuam.
Cly. Modestius cum matre
El. eia tandem doces.
Cly. Aios uiriles corde tumefacto geris:
Sed agere domita fœminam disce malo:
El. Ni forte fallor fœminas ferrũ decet:
Cly. Et esse parem nobis demẽs te putas
El. Nobis: quis iste ẽ alter: agamẽnon tu⁹.
Cly. Indomita p⁹ hæc uirginis uerba iuiæ
Regina frangam. Mitius interea mihi.
El. Tu uidua loquere uir caret uita tuus.
El. exiit mycenas.
Cly. Redde nunc natum mihi.
El. Et tu parentem redde.
Cly. Quo latitant loco:
El. Tuto: quietus regna nõ metuẽs noua:
Iuste parenti satis: ac irate parum.
Cly. Morieris hodie
El. Dummodo moriar hac manu:
Decedo ab aris: siue iugulo iuuat
Ferrum mersisse: præbeo iugulũ uolens.
Seu more pecudum colla resecari placet.
Intentata ceruix uulnus expectat tuũ.
Scelus peractum est cæde respersam uiri
Atq; absoletã sanguine hoc dextrã ablue.
Cly. Consors periculi pariter ac regni mei
Aegiste gaudes nata genitricẽ impie

¶ Aure materna: quæ non sunt digna ut audiantur a matre. Monebit: indignatur uirgo quod monea- BER.
tur a scelerato Ægisto. Demetere obtruncare: deberes istam furibundam interficere. Impium: ipse fi-
lie. Aut animum: scilicet reddat: reddere animum est emittere spiritum & mori. Exigat euum: traducat
uitam. Pedore: sordibus fœtens propter carcerem diuturnum. Ante thalamos: ante coniugium. Æthe-
re: aspectu cœli. Sero quando non erit locus pœnitentium. Rudis: ignarus. qa ẽ aliud maius supplicium
morte. Vita. s. ẽ peius qñ qs cœpit mori. Arripite: imperat famulis: ut uirginẽ ligatã ducãt in carcerẽ. Se
ptã: circundatã. Arista. s. cassandra: iubet ut hãc interfici
ant. Captiua. q̃ uoluit esse coniunx mariti mei. Sequaẽ
scilicet ad inferos. Ne trahite: sponte ueniam. nam libẽs
morior: ut feram uindictã troianis meis ad inferos. Re
pletũ: hoc erat nũcium qũo græci tepestate perditi sunt.
Captas: scilicet ab ægisto. Ductorem: scilicet agamẽno
nem interemptũ. Mille: nam mille naues duxisse scribit.
constructio est ad tertiũ uersum. Dono: ꝓpter uestẽ da-
tam a clytemnestra. Stupro. propter adulteriũ Ægisti.
Rapite. cito me occidite. Iuuat: prius dolebam uiuere
post patriã uictã: nunc gaudeo uixisse cum uiderim uin-
dictam meorum. Vobis furor: uaticinatur: nam post
mortem matris oreſtes furiis est agitatus.

Probris lacessit: abditum fratrem occulit.
Egi. Furibunda uirgo uocis ifandæ sonũ
Et aure indigna uerba materna opprime:
El. Et iam monebis sceleris ifandi artifex:
Per scelera natus: nomen ambiguũ suis:
Idem sororis natus. & patris nepos:
Cly. Aegiste cessas impium ferro caput
Demetere fratrem reddat: aut animã statĩ
Abstrusa cœco carcere & saxo exigat
Aeuum per omnes torta pœnarũ modos
Refere quem nunc oculit forsan uolet
Inops egens: inclausa: pedore obsit:
Vidua ante thalamos: exul inuisa omnib⁹
Aethere negato: sero succumbet malis:
El. Concede mortem.
Cly. si recusarem darem.
Rudis ẽ tyrannus morte qui pœnã exigit
El. Mortem aliquid ultra est.
Cly. Vita: si cupias mori
Arripite famuli mõstr̃ & abductã procul
Vltra mycenas ultimo in regni angulo
Vincite septam: nocte tenebrosi specus.
Vt inquietam uirginem carcer domet.
At ista pœnas capite persoluat suo
Captiua coniunx: regii pellex thori:
Trahite ut sequatur cõiugẽ ereptũ mihi.
Cas. Ne trahite uos ipsa præcedã gradus
Perferre prima nuncium phrygib⁹ meis
Propero repletum ratibus euersis mare:
Captas mycenas: mille ductorem ducum
Vt paria fata troicis tulerit malis
Perisse dono fœminæ: stupro dolo
Nihil moratur rapite: qui grates ago
Iam iam iuuat uixisse: potest troiã iuuat
Cly. Furibunda morere
Cas. Veniet & uobis furor

Incipit octauia.

i Actus primus. Octauia loquit
Am uaga cœlo sydera fulgens

i Am uaga: Claudius imperator roman⁹ post alias sponsas ualleriam messalinã barbari me-
sale consobrini sui filiam in matrimoniũ acce
pit ex qua octauiã & britãnicũ suscepit: postea
cũ illam cõperisset sup cetera flagitia atq; dedecora caio fi
lio nupsisse supplicio affecit inde Agrippinam germani-
ci fratris sui filiam uxorem duxit. Octauiam filiã syllano
desponsauit quẽ postea non recusauit modo: sed & itere-
mit postea illã Neroĩ quẽ adoptauerat priuigno suo col-
locauit mox illius consuetudinem nero aspernatus corri
pientibus amicis sufficere illi debere respondit uxoria or-
namenta. Tandem mox sæpe frustra strangulare medita
tus dimisit ut sterilem: sed improbante diuortium popu
lo nec parcente conuitiis etiam relegauit: denique occidit
sub crimine adulteriorum. adeo impudẽti falsoq; uti que
stione per negantibus cunctis Anicetũ pedagogum suũ
indicẽ subiecerit q̃ dolo stupratã a se fateretr̃. Popeã duo-
decimo die post diuortiũ Octauiæ matrimoniũ acceptã
dilexit unice: & tñ ipsa quoq; ictu calcis occidit: q̃ se ex au-
rigatione sero reuersum grauida & egra conuitiis incesse
rat. ibi aũt Octauia surgens iam apparente luce lamenta
tur fortunam suam: & mortem patris sui ueneno necati:
postea ueniens nutrix eam cõsolari nititur. Iam uaga: q̃
non stant: monstrat principium lucis.

¶ Occidit: non patefacit. Per scelera nat⁹ ex patre thye DAN.
sthe & pelopea filia & supius ostẽdit thyestes ipse Coacta
fatis nata fert uteꝝ graue Me patre dignũ uersa natura
est retro. Vidua ante separata aboĩ uiro & penitus de-
iecta a spe coniugii. Æthr̃ negato q̃si cui interdictũ sit
aqua & igni quod erat dãnatis cõmune apd ueteres exi-
tium. Negato æthere: negata luce. Concedet: quasi q̃
mihi sit instar muneris. Morte: ꝑ morier quod. Mors
sit breuis pœna.

i Am uaga: Latina tota imperatorii supercilii petulantiam arguens dire cæde infecta pol-
luta insidiis parentalibus fœdæ libidinis irri-
tamenta continens: & obid in cæcam pro-
rumpens rabiem & quodam uelut indomito furore de-

tonitans titulus latina euphonia: Quæ situs est dramatis partes principales tres. Prima Octauiæ repudiũ secunda Neronis impietas. Tertia popeæ nuptialis pompa in quinque actus ut reliquę item distributa: Ar
gumentum eius tale. Nero claudius Sextus claudii priuignus Senecæ discipulus a puericia usq; homo in-
quinatissimum ac uiciorum prope omnium labe & infamia notatus octauiæ claudii ex Messalina. Filia con
nubio iam stomachatus quam prius Syllano desponsatam iubente claudio uxorem.

duxerat ut omnia exequitur ubertim & affatim suetonius in gestis & uita utriusque ad popeæ nuptias ex in temperantia amoris animum addixit quare consuetudinem Octauiæ cito aspernatus corripientibus amicis & populo diuortium improbante nec parcente conuiciis popeam ī matrimonium accepit dilexitq; unice & efflicti Octauiam sepius meditabatur strangulare tandem falso Aniceti pædagogi testimoniosus crimine adulterii in exilium coegit & necauit popeam uero Antonia claudii filia pertempta ictu calcis occidit: postea Aulum plautium iuuenem concubitu conspurcauit Seneca arguentem morti iussit: sed iam ad Octauiam reuertamur. Exititaq; primum octauia & soror & coniunx Neronis ingemiscens & iniquam repudii causam expostulans in primulo crepusculo quo iam uaga cœlo sydera fulgens aurora. imitatio homerica & Virgiliana & quod pene oblitus fueram Carmen primum metro pindarico dimetro catalectico inscriptum est autem periphrasis causa ornādæ rei: quæ pulchra est: ut & iā prianono &c. & ī mille locis homerus ἠμὸς ἠριγενείας φάνηφ' ὁσσάκτολος ἠὸς ἐπὶ τιτωνιοιο ἐκαλέκτροισι &c.

Aurora fugat: surgit titan:
Radiante coma: mundoq; diem
Reddit clarum: age tot annis
Onerata malis: repete assuetos
Iam tibi questus.
Atq; æquoreas uince alcyones:
Vince & uolucres pandionias.
Grauior namq; fortuna tua est.
Semper genitrix deflenda mihi
Prima meorum causa malorum:
Tristes quæstus nate exaudi:
Si quis remanet sensus in umbris
Vtinam ante manu grādeua sua:
Mea rupisset stamina clotho:
Tua q̄ mœrens uulnera uidi
Oraq; fœdo sparsa cruore:
O lux semper funesta mihi:
Tempore ab illo mox & tenebris
Inuisa magis.
Tulimus sæuæ iussa nouercæ:
Hostilem animum uultusq; truces.
Illa illa meis tristis erinis:
Thalamis stigios prætulit ignes.
Teq; extinxit miserande pater:
Modo cui totos paruit orbis
Vltra oceanum.
Cuiq; britanni dedere:
Ducibus nostri ante ignoti iurisq; sui.
Coniugis heu me: pater insidiis
Oppresse iaces: seruitq; domus
Cum prole tua capta tirāno.

BER. ¶ Alcyones: de his dictum est in superiori tragœdia. Pādionias: prognem & philomenam olim filias pandionis regis athenarum. Vince: scilicet quæstu. Grauior: peior est conditio tua. Semper genitrix: scilicet mesalina mortua: ut est apud tacitum. Prima: quæ ex istis causæ omnium malorum meorum. Sensus: si est anima alicubi. Vtinam: scilicet essem mortua antequam fuisses obtruncata. Grandeua: quæ habet multos annos. ideo dicitur immortalis. Lux: ille dies quo interempta fuisti. Tulimus: explicat miserias suas. Nouercæ: agrippinæ. Illa: nouerca fuit tanquā furia quæ stygios ignes portauit in nuptiis meis: quando neroni filio eius coniuncta fui. Patet: claudii te quoq; boleto uenenato extinxit: ut scribit tranquillus & Iuuenalis. Modo: paulo ante. Britanni: ut scribit Suetōius Claudius britānos sub ditione romana redegit. Iuris sui: quia legibus suis uiuebant. Tyranno: neroni qui imperium tuum suscepit uiolenter: cuiq; ipsa proles tua seruio.

¶ Iam tibi: adonicus est. Prima causa: messalina scortorum illud pileatum ac spectabile simulachrum quam claudius reiectis herculanilla & elia petina duxit uxorem & ex qua suscepit octauiam & germanicum ut indicant tacitus & tranquillus: fuit autem Valeria messalina barbari messale consobrini claudii Neronis filia. Nate: in quæstione est locus quomodo inuocet natum si dimissa sterilis a Nerone non placet mihi: Sed cōstitue ordinem sic o Messalina prima causa meorum malorum audi tristes questus natæ tuæ Octauiæ si qs inest sensus & cætera cuiꝰ rei contentiosa est apud platonē disputatio & Ciceronem in catone. Tua q̄ merens uulnera uidi: Messalina dum cum matre esset in horto a tribuno confossa est iubente Narciso nuncio claudii: Messalina inquam quæ teste Plinio in. x. inter diem & noctem quinque & uiginti concubitibus mobilissimam prostitutis meretricem superauit. Nouercæ: agrippina per ius oculi sumpta est uxor a Claudio: cum iam nouisset cœlibatum tot reiectis nouisset & occisum antea uxoribus inimica semper octauiæ priuignæ. Teq; extinxit: miserande pater: claudio cænati in arce cum sacerdotibus obtulit Agrippina boletum medicatum artifice locusta auidissimo ciborum per halotum spadonem prægustatorem. Ignoti: falsum: nam Iulius domuit: sed nostris intelligit forasse familiatum.

Nutrix.

f Vlgore primo captꝰ & facili bono

DAN. f Vlgore: Conquestio nutricis de Octauia proponentis speculum uitæ humanæ: ut si quis confidat rebus humanis: uideat domum claudii patris octauiæ quam consolari uellem. nec uoces meas accipit. Fulgore: splendore regni quod uidetur pulcherrimum. Fallaci: uidetur habere multa commoda cum habeat tot insidias: & mala.

f Vlgore: carmen secundum metro archilochio trimetro catalectico dolet uicem Octauiæ nutrix quam arbitror esse lepidam amitam ipsius octauiæ & Neronis: apud quam nero ipse ab infantia fuit educatus sub duobus pædagogis tonsore & saltatore.

¶ Latentis fortunæ:incognitæ:nã nõ ꝓuisa nocet. Libet.propter britannicos quos uicit. Rates.ſ. Claudii. Ora thanais:regiões ſeptẽtriõales. Iugo ſeruituti romanæ. Cõiugis ſcelere:ueneno agrippinæ. Mox illa.ſ.octauia ſoror & cõiux gnati neronis cuiꝰ uenenis frater.ſ.Octauiæ britannicus occidit. Soror:octauia quando nero maritus eius factus erat filius claudi p adoptionẽ. Viri mariti neronis perſuaſi Octauiæ tegeteiram:ſed ipſa non poteſt. Quẽ.ſ.uirũ. Secreta:ipſa ſolitaria. Flagrat:ardet. Dolẽtis.ſ.Octauiæ. Pietas: amor meus. Fruſtra:ga nõ uult cõſolari. Dolor:qñ recordaẽ mortis ſuoꝝ:mutanẽ oia cõſilia quæ ei dederam. Generoſus ardor:inflammatio mentis octauiæ generoſæ. Regi moderari. Malis:uidens ſe omnia amiſiſſe:non timet perdere plura. Heu quam:timet ne maritus interficiat aut eam repudiet. Proſpicit:a longe uidet. BER.

Fallacis aulæ:quiſquis attonitus ſtupet
Sub uno latentis ecce fortunæ impetu.
Modo ꝓponẽtem cernat euerſam domũ
Stirpemq; claudii:cuius imperio fuit
Subiectus orbis paruit liber diu
Oceanus & recepit inuitus rates.
En qui ora thanais primus ĩpoſuit iugo.
Ignota tantis claſſibus texit freta
Et ſæua maria:coniugis ſcelere occidit.
Interq; gentes barbas tutus fuit.
Mox illa gnati cuius extinctus iacet
Frater uenenis:mœret infelix ſoror
Eadẽq; coniunx:nec graues luctus ualet
Illa coacta tegere crudelis uiri:
Quẽ ſecreta refugit ſemp.atq; odio pari
Ardens mariti mutua flagrat face.
Animum dolentis noſtra ſolatur fides
Pietaſq; fruſtra:mutat immitis dolor
Conſilia noſtra:nec regi mentis poteſt
Generoſus ardor:ſed malis uires capit
Heu quã nefandũ ꝓſpicit noſter timor
Scelus quod utinam numẽ auertat deũ

Octauia.Nutrix Oct.loquitur.

O Mea multis æquanda malis:
Fortũa licet rpetã luctꝰ electra tuos
Tibi merenti cæſum licuit flere paretem:
Scelus ulciſci uindice fratre:
Tua quem pietas hoſti rapuit
Texitq; fides.
Me crudeli ſorte parentes
Raptos prohibet lugere timor:
Fratriſq; necem deflere uetat.
In quo fuerat ſpes una mihi:
Totq; malorum breue ſolamen.
Nunc in luctus ſeruata meos
Magni reſto nominis umbra.

Nu. Vox en noſtras perculit aures
Triſtis alumnæ:ceſſat thalamis



Mea nunc exit octauia comparans ſua mala malis electræ filiæ agamẽnonis interempti:ut pauloante uidimus. Licuit flere:ꝙ pars eſt leuamenti doloris aperte flere ſuos id ipſa facere non poſſum metu mariti. Fratre:ſcilicet Oreſte qui matrẽ clytẽneſtram & Ægyſtũ interfecit in ultionem Patris. Rapuit:nam ut ſupra uidimus electra occiſo patre Oreſtem fecit fugere commit tens illum ſtrophio phocenſi. Texit:ideſt occultauit.

Crudeli ſorte nam Meſalina mater iuſſu parentis interempta eſt:& ipſe pater ueneno nouercæ periit. Timor: ſcilicet mariti. Fratris:ſcilicet britannici ueneno interempti. Magni nominis:Claudii imperatoris. Vox: audiuit uocem Octauiæ ſecum cõquerentis. Alumne: Octauiæ.

¶ Fallacis aulæ:ſurgit in mentem ad hunc locum diſtichon elegantiſſimum quod ſcripſit Ioannes ſalis bariẽſis ad polieratum ſi mihi credideris. linguam cohibebis: & aulæ limina non intret pes tuus eſto domi:extrema nã que miſeria eſt colere aulas: ambicioſum ſeruitutem ſeruare.inter domeſticos iſidiatores uerſari:& quod omnium peſſimum eſt flagicialis officiis mancipari. de qua re elegantiſſimum compendium reſtat pii pontificis maximi:& præclarus liber polycratis:qui pulcherrime omnis nugas & miſerias curiales proſequutus eſt hortãs ad philoſophiam & uirtutum cultum capeſſendum. Ora tanais:Eutropius qui eleganti compendio romanam tradit hiſtoriam ſcribit in ſexto & Tranquillus in uita eius Tacitus Cornelius Egeſippus confirmant:Claudium primum poſt.C.cæſarem bellum intuliſſe britannis ſuperbiſſimis & ſæuiſſimis gentibus & deuiciſſe. Cn. Sentium:& Aulum Plantium illuſtres & nobiles uiros:& inde filio ſuo britannici nomen impoſuit. Mox illa gnati. Nero ſimulata reconciliatione cum matre eam reuocauit a baulis baias ad quinquatria inde machinoſa naui redire iuſſit qua ſoluta in aquis concidit & enatauit incolumis.ligerinum nunciantem incolumem matrem iuſſit occidi:miſſo ſtatim ſpiculatore qui matrem omnino necaret eo ſpacio maris:quod eſt inter baulas & baias. ut in quodam terraſtico epigrammaticus uates pulchre teſtificatur. DAN.



Mea:Carmen tertium metro pindarico introducit alternatim Octauia plãgẽs & nutrix conſolãs & ſimul & uindictã diſſuadẽs quam parabat in uirũ Octauia. Ex comparatione alienæ calamitatis artificioſe ſuam exagerat. Parentes:Claudium & Meſſalinam Claudium agrippina uox & nouerca Octauie medicato boleto conſilio locuſte peremit per halotum ſpadonem meſſalinã tribunus iuſſu uarciſſi confodit in orto cum matre. Vmbra magni:nominis.parentibus germano ampliſſimis nominibus ego ſola relicta ſum parilum ueluti uetigium & umbra inanis. Alumnæ:licet lepida nunq̃ nutrierit Octauiam:tamen abſolute poſſumus ipſam adductam a Seneca de induſtria coniectare. Ceſſat thalamis quid motor ad eam celerare greſſus meos.

BER. ¶ Senectus:mea cessatire in thalamū eius. Etexcipe:ueni ad me ut audias luctus meos. Solues:depones ne ullo tpe lachrymes. Qui.s.dies quo moriar. Nō uota:non ut optas euenit nobis:sed ut uolunt fata Nec capit fortunam:elatus fortuna seipsum moderare nequit. Infanda parens:scelerata agrippina quæ claudiam maritum & britannicum priuignum sustulit de medio:ut Nero filius regnaret. Licet pudeat ga matrem habet odio. Rependat:retribuat meritum illi morte:nam matrem fecit mori: ut scribunt Tacit⁹ & tranquillus. Hunc titulum:scilicet dedisse imperium filio per scelus.

TOlleranda:dicit Octauia sua mala nūq̄ posse finiri nisi morte enumerās illa flebiliter. Meæ famulæ:scilicet popeæ quā supduxit mihi maritus. Luce:uita:quia uellem mori. Sed sceleris:nec criminer falso. Absit:si occidar sine nomine criminis,accipiam mortem pro beneficio. Pœna nā uideo duriora morte. Iungere: ubiq̄ supple pœna grauior. Hosti:neroni osculari illū qui interfecit patrem & fratrem meum per agrippam ei⁹ ma-
DAN. trem. Nutus signa eius uoluntatis.

¶ O miseranda:octauia quādo dabitur unquā tibi ociū a tot luctibus. Nec fortunam capit:nescit mentem temperare ab insolenti lætitia. Parens:neronis ut imperaret Nec fortunam capit ipse suam; uide quam cæcum & insanum reddidit neronem fortuna.teste nanq̄ Orosio: cuius uerbis & sensu eo libentius utor q̄ scio christianum & magni discipulum Augustini;Omnia prope italiæ & græcie theatra perlustrauit,assumpto uarii uestitus dedecore,citaristas:tragœdos:aurigas:uisus ē superare uiruz in uxorem duxit:ipse a uiro ut uxor acceptus ē & rectas nuptias celebrauit:rætibus aureis piscabatur purpureis funibus:nullam uestem bis induit. nec unquam minus mille carrucis iter traditur confeciſſe. Deniq̄ urbis Romæ incendium uoluptatis sue spectaculum fecit.per sex dies septemq̄ noctes ardens ciuitas regios pauit aspect⁹ auariſſimus centies centena milia sestertium annua a senatu conferri sibi imperauit.plurimos senatorū nulla cā bonis priuauit.Crudeliſſimus plurimam partem senat⁹ interfecit equestrem ordinem prope destruxit matrē fratrem sororem uxorem prostrauit. Impiissimus nā primus Romæ christi sectatores morib⁹ affecit: beatiſſimos apostolos Petrum cruce.Paulum gladio interfecit,nefādiſſimus deniq̄ omnium qui sunt qui fuerunt aut q̄ futuri sunt sceleratorum Senecam præceptorem sanctiſſimum ad mortē compulit;q̄uis persancte iuraret fruſtra se eē suspectum & potius periturum q̄ nociturum ei.

t Olleranda:annectitur cum superiori; namq̄ Octauia perſistit in gemitibus & lamētis.Cæterum sola discrepat metri qualitate quod est archilochium trimetrum cathalecticum. Col locutrices Octauia Nutrix.Sola mors finiet nostra mala. Meæ famulæ:popeæ quam mihi par esset seruā dati. A fatis meis:ne moriar criminose.

Inferre gradus tarda senectus.
Oc. Excipe nostras lachrymas nutrix.
Testis nostri.Fida doloris.
Nu.qs te tātis soluet curis miserāda dies:
Oc. Q ui me stygias mittet ad undas:
Nu.omnia quæso sint ista procul.
Sed fata regunt.
Nu.Dabit afflicte meliora deus
Tempora mittis tu modo blando
Vince obsequio placata uirum.
Oc. Vincam sæuos ante leones:
Tigresq̄ truces:fera quam sæui
Corda tyranni.
Odit genite:sanguine claro:
Spernit superbos humilesq̄ simul.
Nec fortunam capit suam.
Q uam dedit illi per scelus ingens
Infanda parens:licet ingratum
Dire pudeat munere matris.
Hoc imperium cepisse licet.
Tantum munus morte rependat
Ferret hunc titulum post fata tamen
Fœmina longo semper in æuo.
Nu.Animi reprime uerba furentis.
Temere emissam comprime uocem.

Octauia.Nutrix.
Octauia loquitur.

t Oleranda q̄uis patiar apud q̄ant unq̄
Nisi morte tristi nostra finiri mala:
Genitrice cæsa.p scelus rapto patre
Orbata fratre miseriis.luctu obruta.
Mœrore oppressa:cōiugi inuisa:ac meæ
Subiecta famulæ.luce non grata fruor
Trepidāte semper corde nō mortis metu
Sed sceleris:absit crimen a fatis meis.
More iuuabit.pœna nā grauior nec est.
Videre tumidos,& truces misere mihi.
Vultus tyrāni,iungere atq̄ hosti oscula
Timere nutus cuius obsequium meus
Haud ferre posset,fata post fratris dolor

¶ Cuius im priū. ſ. fratris brittānici q patri debebat ſuccedere. Quā ſæpe: additur alia pœna nunq̄ habeo quiete m tranquillam ſemper mihi obſeruatur imago ante oculos fratris interempti. Fratris ora. ſ. neronis qui frater erat per adoptionē. Petit: iuadit. Modo: iterdum. Hoſtis: nero: ita uidetur mihi. Inherenti: iuncto mihi dum uult uulnerare illum mihi inherentē: etiā me percutit: ut uidet mihi in ſomno. Rapit: celeriter agit. Excutit: tunc excutior ſomno & incipio dolere. Pollicē: popeam. Nitentem: ornatam. Cuius i munus: in grām eius popeæ ipſe uero iterfecit matrem. Impoſuit matrē naui ſolutili: ut cum illa eſſet in mari ſolueretur materq̄ periret in undis q̄ cum eſſet apud baias effecit. illa impoſita naui eademq̄ fracta natauit in lacum lachrinū & exiuit ad littus quod audiens nero miſit libertum qui eam interficeret. unde dicit ſtygiæ rati: q miſit illam ad mortem. Seuior: nā mare pepercerant & filius interemit. Quæ ſpes quando interficit matrē quæ ſpes pōt eē mihi. Inimica: popea. Victrix compos uoti. Iuſtæ coniugis. ſ. mei quæ ſum iuſta uxor neronis.

BER.

Scelerē interēpti: cuius imperium tenet.
Et morte gaudet auctor infandæ necis:
Q uam ſæpe triſtis umbra germani meis
Offertur occulis: membra cū ſoluit quies:
Et feſſa fletu lumina cum ſoluit ſopor.
Modo facibus atris arma īfirmes manus
Oculoſq̄ & ora fratris infeſtus petit.
Mō trepidus ide refugit ī thalamos meos
Proſequitur hoſtis: atq̄ inherenti mihi
Violentus enſem pelatus noſtrum rapit:
Tūc tremor & īgēs excutit ſomnos pauor
Renouatq̄ luctus & metus miſere mihi
Addiice his ſupbam pellicē. nr̄e domus
Spoliis nitentem: cuius in munus ſuam
Stygiæ parētem natus impoſuit rati.
Q uam dira poſt naufragia ſupato mari
Ferro interemit ſæuior pelagi fretis.
Q uæ ſpes ſalutis poſt nefas tantū mihi
Inimica: uictrix. iminet thalamis meis
Odioq̄ noſtri flagrat: & precium ſtupri
Iuſtæ maritum coniugis captat caput
Emergere undis & fer auxilium tuæ
Nate innocenti genitor: aut ſtygios ſinus
Tellure rupta pande: quo præceps ferar
Nu. Fruſtra parentis inuocas manes tui
Miſeranda. fruſtra nulla cui prolis ſue
Preferre potuit ſanguine alieno fatum:
Genitamq̄ fratris coniugem captus ſibi
Thoris nefandis flebili iunxit face.
Hinc orta ſeries facinorum: cedes doli
Regni cupido: ſanguinis diri ſitis
Mactata ſoceri concidit thalamis gener
Victima: tuis ne fieret himenis potens
Proh facinus ingens: fœmiæ manus dat?
Syllanus: & cruore fœdauit ſuo
Patrios penates: criminis factus reus
Intrauit hoſtis hei mihi: captam domum
Dolis nouercæ: principis factus gener.
Idemq̄ natus iuuenis nefandi ingenii
Sceler umq̄ capax: dira cui genitrix faces
Accendi t: & te iunxit inuitam metu.

Emergere: emergaris: rogat pr̄em claudiū ut ueniat ab inferis ad auxiliū gnatæ: aut aperiat terram: ut ipſe poſſit deſcendere ad iferos. Fruſtra: octauia fruſtra inuocās parentem mortuū q etiam dum uiueret nullam curam habebat proprior um filioq̄: nam petet quod neronem adoptauerat ī imperium ſatum alieno ſanguine. Nato ſuo .ſ. britānico. Genitam fratris: agrippinam. Captus .ſ. amore. Flebili: qui poſtea ab ea eſt interiectus: Hinc: ex hoc illicito matrimonio. Gener: lucius ſillāus appoſitiue uictima huic deſponſata fuerat octauia: accuſatuſq̄ fuerat q̄ uolebat interficere imperatorem. Tuis himineis: tuo cōiugio. Fœminæ munus: nam gratia mulieris occiſus eſt. ſ. agrippinæ. Criminis: nā accuſatus fuerat uelle interficere imperatorē. Intrauit hoſtis .ſ. nero.

Gener: qui poſtea te accepit in uxorē. Et natus. ſ. padoptionē. Nefandi ingenii: crudelis naturæ Capax: plen? omnib? ſcelerib?. Faces: propter matrimonium. nā ipſa agrippina uoluit neronem habere octauiā uxorem.

DAN.

¶ Infirmas: quia umbra interemit ueneno britannicu3 accepto a Locuſta uenenariorum indica dum ſecum cœnaret: ueritus ne quādoq̄ apud hominum gratiam paterna memoria prævaleret. Infandæ necis: ueneni quod cœnanti dari imperauit. Infeſtus: inimicus'. Atq̄ inherenti &c. uideor neronem uidere britannico inſultante3 meo lateri adnitenti & inter meum latus enſem rapere. Tunc excutior & ſurgo attonita. Pellicem: mihi propeau. In cuius: munus natus ideſt nero ſtygiæ rati machinoſæ & ſolutili: matrem redeūtē a baulis doloſa nauicula mandauit necari: ut ſupra uiſum eſt in gratiam popeæ: ſed liberam a naufragio percuſſor interemit gladio iuſſu neronio. Stupri: ſcilicet mei: eſt autem ſtuprū in uiduā proprie etiam in puerum lex iulia ſtatuit pœnā decē millium ſtupratoribus puerorum noſtris temporib? pœna eſt amputatio colli & rogus. Inimica uictrix: Codex uetuſtiſſimus habet: nutrix. ut ſit uocandi caſus. Iuſte maritum coniugis captat caput. Senſum eſt per ironiā iuſte ſibi captat & allicit maritum meum in precium ſtupri. Fruſtra parentes: ne quicq̄ parentea inuocas qui uiuens ne dum mortuus nullam ſuæ prolis habuit curam.

Sanguine alieno ſatum: te quem peperit Agrippina Germanici filia de familia Domitia. Neroni filio Antoniæ qui deceſſit pyrgis morbo intercataneo. Principis factus gener: te ducta.

BER. ¶Tanto ſucceſſu:tanta proſperitate facta ferox:& inſolens auſa ẽ aggredi imperium orbis:nam uenenato Claudio tradidit imperium filio neroni. Formas:diuerſitates. Fœminæ.ſ.agrippinæ. Per gradum:nã ſeriatim multa ſcelera fecit dũ tẽderet ad regnũ. Tũc:qñ agrippina intrauit domum ueſtrã:pietas exiuit & ſtrauerũt furie infernales. Extulit'Portauit gradus.i.greſſus ſuos trepidos:feſtinos. Vacuá:ſine pietate. Erinnis:furia. Polluit & cõtaminauit. Furẽs:ipſa agrippina furia diſſoluit oĩa iure naturæ. Cõiunx ipſa agrippina. Infelix'puer:britannicus. Columen:ſuſtentaculum auguſte domus imperatorie:nam imperatores omnes auguſti erant:nouerca.ſ.agrippina'non potuit tenere lachrymas ĩ funere tuo. Deo uolãti:Cupidini'aligero:nã forma ſimilis eras deo amoris. Nec cadat:ĩterficiat etiã me nero priuſq̃ ip̃ ĩterficiã.Natura quia tu es fœmina debilis. Obſequendo:complacẽdo ei blandiciis. Vt fratrẽ:ĩdignatiue.ſ.obſequar ut reſtituat fratrem mortuum. Vt ſis.ſ.debes obſequi. Labentem:cadentem. Sobole:filiis ex re genitis. Fata germani:expecto id qđ accidit fratri:ut ipſa quoq; ĩterficiat. Confirmet:ne timeas mortẽ:nam cum ſciat nero te eſſe dilectam a toto populo non audebit interficere. Non leuat:non tollit. Coniugem:cõſiderabit te eſſe uxorem ſuam. Pellex:popea. Iuuenilis amor iuuenum ſubito capitur:ſed idem langueſcit.i.cito deſinit.

Venere turpi:inhoneſta libidine.ſed amor caſte coniugis ſemper durat. Domini:neronis'animũ.i.amorẽ tenuit. Prælatam:præpoſitã ſibi. Monumẽta:facit aliq̃ ſigna quibus oſtendit ſe iam timere. Quibus.ſ.monumẽtis. Faſſa:confeſſa. Leuis inconſtans:nã cito deſeretur. Paſſa eſt:conſolatur octauiam exemplo iunonis quæ ſæpius talia paſſa eſt ioue marito. Regina deum:iuno deo

DAN. rum regina. Vertit:dum committit ſtupra.

¶Quis tot:auget παναφωνυμα turpitudinẽ Agrippinæ cuius ĩmania ac ſine exẽplo teterrima'facinora nulla eſt tã potẽs ligua quæ ualeat explicare:quoq; quotidie claudioq; familiam ſubiit.ilico emigrauit pietas:in cuius locum ſubiit lis & diſcordia.fas omne abſciſſum & iura naturæ peruerſa. Miſcuit:cõpoſuit. Puer:quæ iuſſit mori æmulatione uocis(uñ Tranquillus.)Britãnicus:uocabatur antea germanic⁹ mox deuictis britãniis uocatus ẽ britãnicus ut Trãquil.& Eutropi⁹ſcriptũ reliq̃re. Heu me:pathos ab inani qppe in tantillũ cinerẽ uita hoĩs:per tranſitum laudat admirabilẽ ſpeciẽ britãnici que uel ip̃a; nouercam flexit ad lachrymas in funerea põpa.Extĩguat & me:irruptio eſt ex uehementi indignatiõe ſicut ſupra animaduertimus in Electra. Tãtas uires ut poſſit neronẽ occidere qui lingua ſabina eſt uir fortis. Reſtituas:inſtaures & ſuſtineas. Sobole:tuis'gnatis ſoboles de adoleſcentibus proprie dicitur ab oleſco quod eſt creſco. Lucretius inquit.Siue uirum ſobolis:ſiue ẽ muliebris origo

Fauor:gratia popularis. Iuuenilis ardor:uertiẽ facile iuuenum ardens in corde ſtimulus fax amoris cito euaporatus:ut ſunt mutabiles mentes iuuenum iuxta ſentẽtiã homericã. σωαοτερων αν ρωνφρενεσ νερενονται.

Atq; monumẽta:certo iudice pdit iã ſuã de te formidinẽ.

Tantoq; uictrix:facta ſucceſſu ferox:
Auſa imminere eſt orbis imperio ſacri.
Quis tot referre facinorum formas põt.
Et ſpes nefandas fœmine & blãdos dolos
Regnum põtentis per gradũ ſcelerũ oĩum
Tũc ſancta pietas extulit trepidos gradus
Vacuãq; crinis ſæuã funeſto pede
Intrauit aulam:polluit ſtigia face.
Sacros penates:iure nature furens
Faſq; omne rupit:miſcuit coniunx uiro
Venena ſæua:cecidit atq; diem ſui
Mox ſcelere nati:tu quoq; extĩctus iaces
Defende nobis ſemper infelix puer:
Modo ſyd⁹ orbis columẽ auguſte doma
Britãnice:heu me nũc leuis tantum cinis
Et triſtis umbra:ſæua cui lachrymas ddit
Cedit cremandos:mẽbraq; & uultus deo
Similes uolanti furens flamma abſtulit.
Oct.Extĩguat & me:ne manu mea cadat
Nu.Natura non tantas dedit uires tibi.
Oct.dolor.ira:meror:miſerie.luct⁹ dabũt
Nu,Vince obſequẽdo potius ĩmitẽ uirũ
Oc.ut frem adẽptũ ſcelere reſtituat mihi
Nu.Incolumis ut ſis ipſe labẽtẽ ut domũ
Genitoris olim ſobole reſtituas tua.
Oc.Expecta aliã principis ſobolẽ domus
Me dira miſeri fata germani trahunt.
Nu.Cõfirmet animũ:ciuiũ tantus fauor
Oc.Solatur iſte:noſtra'non leuat mala.
Nu.Vix magna populi eſt.
Oc.Principis maior tamen.
Nu.Reſpiciet ipſe coniugem.
Oct.Pellex uetat.nu.Inuiſa cũctis nẽpe.
Oct.Sed cara eſt uiro.Nu.Nondũ uxor.
Oc.Iam fiet & genitrix ſimul.
Nu.Iuuenalis ardor impetu primo furit
Langueſcit idem facile:nec durat diu
In uenere turpi:ceu leuis flammæ uapor
Amor perennis caſte manet.
Violare prima quæ tuos auſa thoros.
Animumq; domini famula poſſedit diu
Iam metuere eadem nempe prelatam ſibi
Subiecta:& humilis:atq; monumẽta ex
Quibus timorẽ falſa teſtat' ſuũ. (trahit
Et hanc leuis fallaxque deſtituit deus
Volucer cupido:licet ſit forma eminens

¶Oloris

¶ Oloris:nam mutatus in cignū stuprauit ledam. Sidonii tauri:nam mutatus in taurum rapuit europā BER.
agenoris regis Sydonis filiam. Aureus:nam mutatus in aureū himbrem defluxit in gremiū danaes filiæ
Acrisi & eā stuprauit. Himbri:ablatiuus est in i & e. Sydera lede:castor & pollux filii lede relati sunt in nu-
mero deorum:similiter & bacchus & hercules qui oēs nati sunt ex adulterio iouis. Heben:filiam iunōis &
uxorē:ut diximus supra. Vicit:ecce q̄is uideret iuno tot iniurias sibi fieri:tñ semper obsequuta est ioui.
Coniugis:iunonis. Alte:in profundo pectoris dissimulatus dolor; unde nunc sola fruitur ioue in cœlo:
quod tibi eueniet in terris si obsequeris marito. Forma:
pulchritudine alicuius mortalis. Iungentur:arguit octa-
uia ab impossibili:quod ignis prius miscebitur undis:& oia
iura naturæ confundentur q̄ ipsa hēat aium concordē cū
nerone:rogatq; iouem ut perdat eum:quod tamē fieri pu
tat qñ uidet cometam ex cœlo minantem mortem prin-
cipis. Pandere:distendere. nam ut scribit Plinius come-
ta crines hēt & apparet semper uersus septentriōem: unde
dicit. Quo. s. parte bootes rigens. i. frigidus regit plau
stra. i. ursam maiorem & minorē quod sydus est in septē-
trione ut diximus. Polluitur æther inficitur aer spiritu
scelerati imperatoris qui non dignus est uiuere cum sit pe
stis in terris. Dux impius:intellige neronem qui cū me-
retur mori superat astra que mortem uidētur minari uel
intelligeiouem qui uidet dux impius quod non tollit ne
ronem de mundo. Ferum typhona:accusatiuus græcus
typhon fuit gigas filius terræ & titani nulla pestis est gra-
uior illo nerone:neq; gigantes tam crudeles fuerunt quā
tum ipse. Templis:nam ut inquit Suetonius:uasa tem
plis sacrata cōflabat. Ciues:nam multos proscripsit plu-
resq; perdidit. Fratri:britannico.

Opibus superba gaudium capiet breue.
Passa ē similes ipsa dolores Regina deū.
Cum se formas uertit in omnes
Dominus cœli diuumq; pater
Et modo pœnas sumpsit oloris:
Modo sidonii cornua thauri.
Aureus idem fulsit in himbri.
Fulgent cœlo sidera ledæ.
Patrio residet bacchus olympo.
Deus alcides possidet heben:
Nec iunonis iam timet iras:
Cuius gener est:qui fuit hostis:
Vicit sapiens tamen obsequium
Coniugis:alte pressusq; dolor.
Sola tonantem tenet æthereo
Secura thoro maxima iuno.
Nec mortali captus forma:
Deserit altam iuppiter aulam.
Tu quoq; terris altera iuno:
Soror augusti coniunxq; graues:
Vince dolores
Oct. Iungentur ante sæua sideribus freta
Et ignis. unde tartaro tristi polus.
Lux alma tenebris:rosidæ nocti dies.
Quam cum scelesti cōiugis mēte impia
Mens nostra semp fratris extincti memor
Vtinam nephandi principis dirum caput
Obruere flammis cœlitum rector paret:
Qui sæpe terras fulmine infesto quatit.
Menteſq; nostras ignibus terret sacris.
Nobisq; monstris:uidimus cœlo iubar
Ardens:cometā pandere funestā facem
Qua plaustra tardus noctis ætrenæ uice
Regit bootes frigido arctoo rigens.
En ipse diro spiritu sæui ducis
Polluitur æther:gentibus clades nouas
Minantur astra:quæ regit dux impius
Non tam ferrum tiphona neglecto ioue
Irata tellus edidit:quondam parens.
Hæc grauior illo pestis hic hostis deum
Hominūq; templis expulit superos suis:
Ciuesq; patria spiritum fratri abstulit.

¶ Dominus:qui habet imperium domus:is proprie do DAN
minus est unde dominus & seruus retransitoria nomina
sunt. Et dominus dicitur cui populi subsunt. Virgilius.
Romanos rerum dominos. g. q̄. to. Antiqui dixerūt du-
benum. Pacuuius dum dubenos ligatos seruos pessime
uerberat. dominos & dominas amantes dicimus & deos
& deas. Virgi. Et iuncti currum dominæ subiere leones.
Ouidius. Et domino soluere uota ioui. Dominus ergo ce
li. i. iuppiter dominator cœli diuūq; æterna potestas Exē
plis a maiori solatur dolentem octauiam quoq; iuppiter
concubinos & concubinas inuita iunone habuerit cœle-
stiq; honore hibridas decorauerat. Vicit sapiens:tam sa-
pientis est pertinacem ob sequelam tolerare. Tenet to-
nantem dissimulando eius iniurias:semeliocabatur cum
ganimede iuppiter uidente iunonem. arrisit iuno, conti-
nuo iuppiter relicto puero deosculatus est iunonem. ut
eleganter indicat Lucanus in tetrasticho quodam:qđ ego
latinum feci iuppiter humanos deponens pectore curas.
Forte suo cœpit cum ganimede iocos. Viderat: & ridēs
iuno formosa. Ministro a ioue neglecto basia sola tulit.

Augusti:neronis. Vince ferendo. Iungentur:contra-
riis argumentis & antietis a quatuor rerum initiis offir-
mat se contra. Sensus est mare potius sustineret stellas:&
ignis ferret aquas quam feram ego mores scelesti coniu-
gis. Cometā:& cometes & cometa in genere uirili enū-
ciatur. stella crinita hispida. terrificum sydus & perniciem
magnis uiris portēdens. Frigido:pro frigore. Irata tel
lus:appolloni⁹ meminit i tertio. & ut supra adnotauim⁹.

BER. ¶ Matris agrippinæ. Et lucem: ex indignatione subiungit hoc licet mereatur mori: uiuit tamen. Noxiã: nimis nocentem. Inuicta: quibus nihil potest resistere: frustra iacis & temere idest sine consideratione fulmina: cum potius sæuu3 tyrannum deberes ferire. Cessat: quod non feriat. Quem: orbem. Iugo turpi: seruitute. Augustum: nomen familiæ nostre. Inquinat: diffamat. Cede: fer æquo animo fortunam tuã.

Vrgetur ira: iam diu dii habent gentem nostram inuisam. Quam. s. domum. Dura: imisericors. Genitricis: matris messalinæ quæ cum esset Claudius apud Hostiam Caio filio nupsit dote inter auspices consignata: ut scribunt trãquillus & Tacitus: q9 cum resciuisset imperator illam iubet supplicio affici. Nupsit: scilicet iterum filio. Nostri: filiorum quos habebat ex Claudio.

Coniugis: claudii. Legum: contra leges id matrimonium fecerat ueniente Claudio. Illo. aduerbium. ad illũ locũ. Stygios: mortiferos. nã postea ambo interfecti sunt.

Toros: scilicet messalinæ & fili. Faces quæ solent ferri nuptiis. Principis: claudii. Cedem: scilicet matris meæ.

Extincta: postquam ipsa mortua est: nũquam detersi lachrymas oculis. Coniugem: Claudiu3 qui postea duxit Agrippinam: a qua uenenatus est una cum filio britãnico: unde mater fuit causa mortis illorum: nisi perdita fuisset ipsa: pater non duxisset Agrippinam. Ad umbras: ad inferos. Prodidit: fuit causa ruinæ. Furoris: incestæ libidinis: quia iuncta est filio.

QVæ fama: inducitur Corhus qui fama uulgata quod Nero duceret Popeam uxorem repudiata Octauia: eius miseriam deplorat populumq9 romanũ arguit quod talia patiatur qui solitus erat tyrãnos expellere. Versus anapesticus est. Quæ fama: aliqui interrogatiue legũt: sed potes facere totam unam constructionem: scilicet uti nam fama quæ puenit ad aures sit credita falso. Perdat: nõ sit uera. Noua popea: principis neroîs. Proles claudia. octauia. Pignora: filios: pignus pacis inter ipsam & neronem. Edat: generet. Qua: pace. Soror: & uxor Neronis augusti.

DAN. ¶ Lætus dies: uindictæ quo meritas scelerum suorũ det pœnas. raro enim antecedentem scelestum deseruit pede pene claudo. Graui deorum: expostulat pertinacem cõstantemq9 iram deorum in se suamq9 familiam. Dira uenus: certauit una nocte quinq9 & uiginti concubitibus: & lassata uiris nondum saciata redibat: uenus improba domum. Claudiam furore inextincto messalinæ sugillauit.

Raptas: de paternis thalamis. Renouare: nitit demũ nutrix octauiam a luctu maternæ calamitatis cohibere.

q Væ fama: Commiseratur corhus abominandum Octauiæ repudiũ: & popeæ iniquas nuptias: mox inuehit in perditos ac facinorosos mores Neronis. Scribitur hoc carmen quod est quartũ metro pindarico dimetro brachicathalectico.

Hausit cruorem matris & lucem uidet
Fruiturq9 uita. noxiam atq9 animã trahit.
Proh summe genitor tela cur frustra iacis
Inuicta totiens temere regali manu:
In tam nocentem dextra cur cessat tua
Vtinam suorum facinorum pœnas luat
Nero: diuo domitio genitus patre
Orbis tyrãnus. quem premit turpi iugo.
Morũq9 uitiis nomen augustũ inquinat.
Nu. Indignus ille fateor: & thalamis tuis
Sed cede fatis atq9 fortunæ tuæ
Alumna quæso. ne ue uiolenta moue
Iram mariti: forsitan uindex deus
Existet aliquis lætus & ueniet dies.
Oct. graui deo9 nostra iampridẽ domus
Vrgetur ira: prima quam pressit uenus
Furore miseræ dira genitricis meæ.
Q uænupta demens nupsit incesta face:
Oblita nostri: coniugis. legũ immemor:
Illo soluto crine: succincta anguibus:
Vltrix erynis uenit ad stygios thoros.
Raptasq9 thalamis sanguine extixit faces
Incendit ira pectus principis truci
Cedẽ infandã: cecidit infelix parens
Heu nostra ferro: meq9 perpetuo obruit
Extincta luctu: coniugem traxit suum
Natũq9 ad umbras: perdidit lapsa domũ.
Nu. Renouare luct' parcæ cũ fletu pios
Manes parentis ne ue solicita tuæ.
Graues furoris quæ suis pœnas dedit

Corhus romanorum.

Væ fama modo uenit ad aures:
q Vtinam falso credita perdat
Frustra totiens iactata fidem.
Nec noua coniunx nostri thalamos
Principis intret teneatq9 suos.
Nupta pœnates claudia proles.
Edatq9 partu pignora pacis:
Q ua tranquillus gaudet orbis:
Seruetq9 decus roma æternum.
Fratris thalamos sortita tenet
Maxima iuno: soror augusti

¶ Diuus pater: claudius. nam a Nerone inde in numero deorum relatus est ut tegeret crimẽ ueneni. Nos quoq; uenit ad repræhensionem populi qui hæc pati non deberet. Post fata: ideſt mortẽ: nã mortuis etiã debetur officium. Cuius: ſcilicet ducis claudii. Euo: longitudine tẽporis: romani de ſanguine matris animoſi erant: ſed modo longiores ab illa ſtirpe facti ſumus timidiores: in nobiſq; deficit ſanguis martiꝰ. Virgo: uirgine: hiſtoria a Tito liuio ſcribitur plene. Apius decemuir cautus amore huius puellæ illam falſo per libertum in ſeruitutem uindicare uolebat: nam ex ancilla ſua natam eſſe libertus aſſeuerabat: cui cum uirginis pater puellæ reſiſtere nõ poſſet: apium decemuirum rogauit ut remotis arbitris cum filia loqui liceret: quo cõceſſo arrepto gladio e proxima lãigena filiam iugulauit: mallens habere illam mortuam quam ſtupratam. Populus autem uidens iniquitatem decemuirorum qui regibꝰ ſucceſſerant. illos magiſtratu abire coegerũt: hæc tota hyſtoria ibi exprimitur breuiter. Seruitium: ne traheris in ſeruitutem per libertum Apii. Libido: ſcilicet Apii qui te cupiebat. Te quoq; lucretia romani pudoris ſpecimen: lucretii filia & collatini uxor ut ſcribitur a Liuio uiolata a Tarquino filio tarquini ſuperbi: uocatis parẽtibus & marito: manu propria mortem ſibi cõſciuit: ne adulterio cõſenſiſſe uideretur: & Brutꝰ autem qui iam diu ſtultitiam ſimulauerat arrepto gladio quo ipſa lucretia ceciderat in publicum prodiens populum cõcitauit ad fugam regis qui cum tota ſtirpe expulſus eſt. Nata lucretii: lucretia.

Sociata thoris cur ex prima
Pellitur aula: ſancta quid illi
Prodeſt pietas diuuſq; pater:
Quid uirginitas caſtuſq; pudor:
Nos quoq; noſtri ſumus immemores
Poſt fata ducis: cuius ſtirpem
Prouidimus æuo ſuadente metu:
Vera priorum uirtus quondam
Romana fuit uerumq; genus
Martis in illis ſanguiſq; uiris.
Illi reges hac expulerant
Vrbe ſuperbos: ultique tuos
Sunt bene manes uirgo dextra
Cæſa parentis: ne ſeruitium
Patere graue: & improba ferret
Præmia uictrix dira libido.
Te quoque bellum triſte ſecutum eſt:
Mactata tua miſeranda manu
Nata lucretii: ſtuprum ſæui
Paſſa tyranni: dedit infandi
Sceleris pœnas cum tarquinio
Tullia coniunx: quæ per cæſi
Membra parentis egit ſæuos
Impia currus: lacero q; ſeni
Violenta rogos nata negauit.
Hæc quoque nati uidere nefas
Secula magnum cum tyrrhenum
Rate ferali princeps captam

Tulia: filia ſeruii tulii ſexti regis romanorũ: & uxor tarquini ſuperbi qui patrem uxoris interfecit ut regno potiretur: hæc ſcelerata fuit ſimulq; cũ tarquinio expulſa: unde Valerius maximus inquit: cum hæc carpento ueheretur: & is qui iumenta agebat ſuccuſſis frenis conſtitiſſet: repẽtino more cauſam requiſiuit & ut comperit corpus patris Seruii tulii occiſi ibi iacere ſupra id duci uehiculum iuſſit quo celerius in compleſſu interfectoris eius tarquini ueniret. Lacero ſeni: patri ſeruio tulio iterempto noluit illum ſepeliri. Hæc quoq; nati. ſ. Neronis tangit hyſtoriam quomodo agrippina mater Neronis periit: q̃ ut inquit Suetonius cum ueneno tẽtaſſet perdere: ſentiretq; antidotis præmunitam: lacunaria quæ noctu ſuper dormientem laxata machina deciderent parauit: hoc conſilio per conſcios parum celato: ſolutilem nauem: cuiꝰ uel naufragio uel camere ruina periret: commentus eſt. Atq; ita reconciliatione ſimulata a iucũdiſſimis litteris baias euocauit ad ſolennia quinquatrium ſimul celebranda datoq; negocio triachris: q liburnica qua aduecta erat uelut fortuito concurſu confringerent protraxit conuiuium repetentiq; baiulos in locum corrupti nauigii machinoſum illud obtulit: hilare proſecutus: atq; in ingreſſu papillis quoq; exoſculatis: reliquum temporis cũ magna trepidatione uigilauit. operiens ceptorum exitum. Sed ut diuerſa omnia nandoq; euaſiſſe eam comperit, ipos conſilii lagerinum libertum eius ſaluum & incolumem cum gaudio nunciantem abiecto clauſula iuſta pugione ut percuſſorem ſibi ſubornatum arripi: conſtringiq; iuſſit: matremq; occidi quaſi depræhenſum crimen uoluntaria morte uitaſſet. Rate ferali: naue ſolutili & mortifera.

¶ Vera priorum: commendat ſeuerum & acre ſupercilium ueterum romanorum in uindicãdis ſceleribus. Expulerant: nulla ui: nullo terrore: nullo deniq; fœdere nunq̃ adduci potuerũt ut rex Tarquinus ejectꝰ ob ſcelus filii reciperetur: adeo conſtanter crimen uiolatæ pudicitiæ puniuerunt. Seruitium: concubitus illiciti & inconceſſi. exempla poſſent ſexcenta adduci quibus fieret fides quanto animi robore quãtaq; fortitudie romani illi ueteres omnem ignobilitatem: omnemq; mollitiem & effeminatam libidinem caſtigauerint: ſed hiis ſolis ſtemus quæ auctor ingenua breuitate proſequitur. hoc cauerat mens prouida romuli diſſentientis conditionibus fœdis: & exemplo tranhentis &c. inquit Horatius. Turpis maritus uixit & oſtium pro curia inuerſiq; mores. Nata lucretii: Spurius lucretius pater Lucretiæ. Venit Collatiam. Sextus Tarquinus & noctu ſtricto gladio ad dormientem Lucretiam ingreſſus uno tãtum ſeruo obſtinatam pudicitiam rapuit. Lucretia mœſta tanto malo conuocatis uiro & patre. Nulla inquit poſthac impudica exemplo Lucretiæ uiuet: & cultrum quem ſub ueſte abditum habebat eum in corde defigit. Tullia cõiunx: Tullia cum ſe domũ reciperet carpento corpus paternum conculcauit ſtratum in uico cyprio qui poſtea dictus eſt ſceleratus. hæc poſtea execrãtibus uiris muleribuſq; domo & urbe cum uiro & gnatis expulſa eſt, & tuſculi exulauit ut Dionyſius & Liuius meminerunt.

BER

DAN

BER. ¶ Iussi:a Nerone. Profecta:proficiſci ſignificat incohatiõem itineris:non profectionem. Plautus:ibo quo proficiſcor. Præſſa:peſſundata. Fugam lœti.fugere mortẽ. Secant natant inherentes tabulis. Repetunt:uadunt uerſus littus. Auguſta:agrippina mater auguſti Neronis conqueritur de ingratitudine filii amiſſa omni ſpe uitæ. Exere:tolle ut uideas miſeriam meam. Paſcere:ſatia re malis meis o claudi:cũ fuerim cauſa mortis tuæ & nati tui britannici. Feriunt:dum loqueretur unde replebant os eius:& modo inclinabatur in pelagis modo tollebatur ut unde ferebant. Pellit fata:ideſt mortem. Palmis:ſcilicet manibus natando. Cædit:uincitur a labore:nõ poterat ſe amplius mouere. Mãſit:ſcilicet in aliquibus qui accurrerunt ad auxilium. Spræta non timẽtes mori ut illi ſuccurrerent. Leuant:tolluntab undis. Quid tibi: uerba corhi ad agrippinam. Vix poſteritas:ita horrẽdũ ut qui non uiderint:uix credere poſſint. Furit:ſcilicet nero dolet euaſiſſe matrem.

DAN. ¶ Profecta:non eſt nauium proficiſci ſed nauigantiũ:lege ergo prouecta ut habet antiquarius codex quem credi derim uel dextra Scenecæ uel eius tempeſtate deſcriptum fuiſſe. Dehiſcit:fatiſcit rimis. Scindit ueſtes:miraculũ eſt in naufragio illi locum fuiſſe & lacerãdi crines & conſcindẽdi tunicam cui uix licuerit enatare. ergo nimis ambitioſa & affectata deploratio eſt iſta niſi auctoris odium in Neronem excuſes. Natoq; tuo britannico. Inhumata:quod meos artus naufragos depaſcentur monſtra maris. Triſti morte:triſte genus lœti eſt animam deponere in undis. Multi dominæ:multi addebant animos natãti dominæ. & eandem trahẽtem lenta brachia magno cœleumate hortantur. Manibus ſuis ſuppoſitis. Quid tibi ſæui:exclamat hic corhus ex commiſeratiõe ineuitatæ mortis quod oĩno machera percuſſoris morietur. Cui? facinus:adeo eſt immane & præter omne exemplum.

Fraude parentem miſit in æquor:
Properant placidos linquere portus
Iuſſi naute reſonant remis
Pulſata freta:fertur in altum
Profecta ratis:quæ reſoluto
Robore labens:præſſa dehiſcit
Sorbet mare tollitur ingens
Clamor ad aſtra:cum fœmineo
Mixtuſq; planctu mors ante oculos
Dira uagatur:quærit lœti
Sibi quiſq; fugam:alii laceræ
Puppis tabulis hærent nudi
Fluctuſq; ſecant:repetunt alii
Littora nantes:multos mergunt
Fata profundo:ſcindit ueſtes
Auguſta ſuas laceratq; comas:
Rigat & mœſtis fletibus ora
Poſtquam ſpes eſt nulla ſalutis:
Ardens ira iam uicta malis:
Hoc exclamat mihi pro tanto
Munere reddis præmia natæ.
Hac ſumo digna carina fateor.
Quæ te genui:quæ tibi lucem
Atq; imperium nomenq; dedi.
Cæſaris amens:exere uultus
Acheronte tuos pœniſq; meis
Paſcere coniunx:ego cauſa tuæ
Miſerandæ necis:natoq; tuo
Funeris auctor:en ut merui
Frater ad naues inhumata tuas
Obrupta ſæuis æquoris undis:
Feriant fluctus ora loquentis:
Ruit in pelagus:rurſumq; ſalo
Præſſa reſurgit:pellit palmis
Cogente metu fata:& cædit
Feſſa labori:manſit & tacitis
In pectoribus ſprætaq; triſti
Iam morte fides:multi dominæ
Ferre auxilium pelagoq; fractis
Viribus audent:brachia quamuis
Lenta trahentem uoce hortantur:
Manibuſq; leuant:quid tibi ſæui
Fugiſſe maris profuit undas:
Ferro es nati moritura tui.
Cuius facinus uix poſteritas
Tarde ſemper ſæcula credent.
Furit ereptam pelagoq; dolet

¶ Iussa: mortē agrippinæ. Cædis: mortis suæ rogat ministrū ut uentrē quoq; feriat quo Neronē dixē mō BER
strū tulit. Reddit: emisit: nā ſm Platonē animæ dicunt reddi cœlo: unde uenerunt.

q Vid me: ſecundus actus ubi Seneca p̄ceptor Neronis: nō ille Seneca qui hāc tragœdiā cōpoſuit ut diximus in principio: maxime cōquerit de fortuna ſua. uidēs tātam exuperātiā uitioq; ut putet finem mūdi adeſſe. Fallaci: quæ licet uidearis blāda: uulnera amara infers nimiū ex te pēdētibus. Alte: ad magnas dignitates. Ædita arce: ſublimi turre: nā ſuſcept⁹ fuit in domo imperatoris elatuſq; in altū ut grauius caderē: ſempq; aīo inquiet⁹ eſſem. Latebā: ignotus erā in ſtatu priuato dū exularem in corſica: quo iuſſus erā a nerone: ſed poſtea itercessione agrippinæ reuocatus ad p̄turā ut ſemper anxius eſſem in tāta uarietate rerē. Inuidiæ: quæ ſemper ſuperiores petit.

Mihi uacabat: ſeruiebat uolūtati meæ & uirtuti: non alterius libidini ut nunc. Recolenti reuoluenti ſtudia philoſophiæ. Intueri cœlū: cōtemplari cœleſtiū ordinē uiceſq; & ſyderū ſeriē. Artifex: creator mūdi deus: & ipa natura ſecūdū Platonis opinionem: qui mūdū creatū & interituq; dixit. Vices: uiciſſitudinem diei & noctis. Orbem phœbes: circulū lunæ. Decus: ſydera quæ ſunt ornamentū cœli. Qui ſeſe: dicit ob ſcelera iſtare finem mūdi ut rurſus inchoetur a ſeculo aureo. Qui. ſ. æther. caſſurus ut ruat cœlū: & melior fit mūdus. Vt quodam: quēadmodum fuit ſub rege ſaturno quo regnāte fuit mortū præſtantiſſima cum adhuc homines ſaperent cœlum: mūdo recenti facto. Tulit. ſ. meliorē ſtirpem. Iuſtitia: quæ aſtrea dicta fuit. Mitis: ſine ferro: nam tunc nulli erāt enſes nec ulla diſcordia.

¶ Satelles. p̄cuſſor ſpiculator. Mixtam gemitu: quia DAN.
īmatura: quia interfecta a filio: quia imperio turpiter excedebat imperatrix: aut quia nemo uolens moritur.

q Vid me: inſcribitur metro archilochio carmē trimetro iambico & eſt epitaſis nouæ perſonæ p̄ceptoris qm̄ nō ſolū famoſo exilio inhonorauit Nero ſed multis affectam iniuriis mori tādem coegit. Anneus Seneca uir ſenatorius docuit Neronem ſuſpectus miſſus eſt in exilium ad corſos in epiſtola conſolatitia ad olbiam tradit in mari italo corſicam inſulā quam uolunt nōnulli dictā a duce; & mare inde etiā dici: quod aluit ipſam & cōtinentem Plinius in liguſtico mari ſcribit corſicam eſſe inſulam quā græci cyrnō uocant. & eſſe tuſcho propiorē. Melius latebam: laudat ociū & uitā priuatā quæ curis libera in deſertis & ſilueſtribus locis uera ſentit gaudia: & expeditius phātaſmata ſpeculatur: qualem uitam ſapientiſſimi uates & philoſophi libentiſſime coluerunt præſertim xenophilus muſicus qui obit. cētū & quinq; annis uixit ſine ullo corporis incōmodo. Magni numinis: magnæ uirtutis fuit aſtreus priceps ſui tēporis iuſtiſſimus fili⁹ Euribiæ & Crius ei⁹ filia credita eſt iuſtitia ob id. iuſtitia fides & pudicitia tūc terras icolebant cū nōdū gētes eſſent bello laceſſitæ: neq; nauigio quiſquā uterē: ſed uita in colēdis agris tātūmodo ageretur Heſiodus ſcribit ætate ænea iuſtitiā in cœlū migraſſe. Nō bella norāt: laceſſitus grauiter poeta īmanitate ſceleq; quæ exēplo truculētiſſimi Nerōis romanū īperiū & terras prope uniuerſas occupauerāt, prūpit diſtricto ueluti gladio im miſerandā ſuoq; tēporq; calamitatē felicē uetuſtioris uitæ ſtatū cōmemorādo in quo hoies una cū diis uerſabant ſine laborib⁹: ſine miſeria: nunq; ſeneſcētes ī floribꝰ & roſis delectabant extra omne malū. qbus oia dederāt bona. fructū dabat fertilis terra ſpōte ſua multū & ſempiternū: opas iter ſe qeti & cōcordes partiebāt: ſed poſtq; hoc aureū genus terra cooperuit. alterū ſurrexit argenteū deterius: in quo pueri ſtabant ſub ubere mr̄is uagiētes uſq; ad cētū annos: bñ aūt ad pubertatē uenerāt uiuebāt paq; dolore & iſipiētia. neqbāt. n. iniurias uitiſſim repellere deoq; neglectores: & hoc itē genus argēteū poſtq; terra opuit: extulit conſiliari⁹ iuppiter æteā ætatē argēto haud ſil'em acerbā, grauē, fremebūdā, belligeracē, cui erat cor ex adamāte: uix maxia. & manus

Viuere matrem: impius: ingens
Geminatq; nefas: ruit in miſeriæ
Fata parentis. patiturq; moram
Sceleris nulla: miſſus peragit
Iuſſa ſatelles: referat dominæ
Pectora ferro: cædis moriens
Illa miniſtrum rogat infelix
Vtero dirum condat ut enſem
Hic eſt hic eſt fodiendus ait
Ferro. monſtrum qui tale tulit.
Poſt hanc uocem cum ſupremo
Mixtam gemitu animam tandem
Per ſera triſtem uulnera reddit.

Actus ſecundus Seneca loquitur.

Vid me potēs fortuna fallaci mihi
q Blādita uultu: ſorte cōtentum mea
Alte extuliſti graui⁹ ut ruerē edita
Recœptus arce: totq; proſpicerem metus:
Melius latebam: procul ab inuidiæ malis
Remotus: inter corſici rupes maris.
Vbi liber animus & ſui iuris mihi
Semper uacabat ſtudia recolenti mea.
O quam iuuabat: quo nihil maius patēs
Natura genuit: operis immenſi artifex
Cœlum intueri: ſolis & currus ſacros:
Mundiq; motus: ſolis alternas uices:
Orbēq; phœbes: aſtra quē cingunt uaga.
Lateq; fulgens ætheris magni decus.
Qui ſeſe neſcit tantus in cœlum chaos
Caſurus iterum: nunc adeſt mundo dies
Supræmus ille. qui præmat genus impiū
Cœli ruina rutus: ut ſtirpem nouam
Generet renaſcēs melior: ut quōdam tulit
Iuuenis: tenente regna ſaturno poli.
Tunc illa uirgo numinis magni dea
Iuſtitia cœlo miſſa cum ſancta fide.
Terra regebat mitis: humanum genus
Nō bella norāt: nō fremitus tubæ truces

intractabiles.arma oĩa ex ære.domus ipse ex ære.quo tãdẽ & ipsi hoies domiti corruerũt in tartara.& hoc genus postq̃ terra coopuit.surrexerũt semidei oẽs pempti in bello thebes heptaphyliæ.ultimo seculũ ferreũ de terrimũ & cataclysm⁹ quæ oĩa Hesiodus Homerus & Orpheus plane & eo ordine ꝓsequunt̃ quo cõmemorauimus:recollecta uicia inquit nunc Seneca per tot ætates in nos redundãt.seculo ꝑmimur graui &c.

BER. ¶ Peruiũ:aptum:& oĩbus erant oĩa cõia. Sinus:græmium suũ ferax:nam oĩa sponte nascebant̃. Piis:iustis & bonis hoĩbus quos ipsa alebat. Tuta:sine insidiis. Alia:secunda etas argentea quæ nec oĩno fuit mala:nec bona.nã adulteria per iouẽ iceperũt. Genus solers:

ĩgenioſa tertia ætas ad iueniẽdũ nouas artes. Mox iquietũ:laborioſum. Calamo:leui ſagitta. Crate:aliquo contexto uiminũ. Præmere:donare ad arandũ:nã prius nõ comedebant nec interficiebant iumenta. Vulnere:nam terra uidet̃ uulnerari qñ arat̃. Leſa:qa uulnerata & uiolata fuit terra nõ ſpõte ꝓduxit fruges. Sed in uiſcera:quarta ætas ferrea cœpit rimari uenas terræ & eruere ferrũ & aurũ:tunc q̃ prius cõia fuerant diuiſa ſunt:poſitiq; termini agroꝝ enſeſq; & arma fabricare cœperũt. Partita:illa ætas diuiſit. Suis telis:ſuis armis:uel defendit ſuã domũ: aut petit alienã. Prædeiminens:q̃rens p̃dari. Neglecta: iuſtitia poſtq̃ uidit tot ſcelera ad ſupos euolauit:ut inquit Iuue. Vltima cœleſtiũ terras aſtrea reliquit. Luxuriã:q̃ eſt dulce malũ eo mõ uoluptatẽ appellauit Plato eſcã maloꝝ. Longũ tps:longa conſuetudo quæ ut inqt Ariſtoteles.inuitũ etiam trahit. Error:ignorãtia boni. Recollecta:multiplicata. Redundat:aucta ſunt:ut inquit Iuuenalis.Omne uitiũ in p̃cipiti ſtetit. Victrix.nã uicto orbe Romanoq; ſpoliis illius referti : omni luxuria cõtaminati ſunt:ut iuuenalis. Luxuria incubuit uictũq; ulciſci orbẽ.

Vt p̃dat:ducat ad p̃ditionẽ:qđ euenit romanis. Sed ecce:dat locũ ſequẽti ſcene. Attonito:turbato pp̃iram.

PErage:crudelitas nerõis ex hoc maxime apparet quod ibi præfecto mãdat morte præſtãtiſſimorum iuuenum fauſti ſyllæ cui nupta erat antonia claudii filia:& auli plãcii ſibi propinquitate coniuncti:ut plene ſcribit Cornelius tacitus. Mitte:aliquem.qui mãdata mea exequatur. Nihil audiens:hoc Seneca præceptor eius reꝑhenſionem interponit. Temere:incõſulte. Vacat:quæ nullum habet timorem:facile poteſt expectare.ſed ipſe timens nullam morem timori faciam poteſt eſſe facile iuſtus qui nihil timet.

DAN. p Erage imperata.uerſus trimeter hypchatalecticus archilochius aliqñ in locis imparibus pyrrichium recipit pro iambo.infamis & perditiſſimus Nero nullũ adeo neceſſitudinis genus reliquit quod non ſcelere perculerit.fauſtũ ſyllam necauit Antoniam eius uxorem claudii filiam antea pompeio deſponſatam recuſantem nuptias ſuas poſt mortẽ popeæ quaſi molitricem nouarum rerum interemit.Aulũ plautium iuuenem:quem per uim cõſpurcauit pari modo occidit dicens:eat nunc mater mea & ſucceſſorem meũ oſculetur iactans dilectum ab ea & ad ſpem imperii impulſum Hæc oĩa plane declarãt hiſtorici Seneca exprobrat hoc immane crudelitatis exemplum in hac ſcæna ipſi neroni demandanti præfecto & percuſſor necem iuuenum. Collocutores.Nero præfectus & Seneca præceptor neronis.

Temere : ſine cauſa qualis eſt ebriorum conditio.poſt Ciceroẽm Quintilianus accepit temere pro fere illud ingenioꝝ uelut p̃cox gen⁹ nõ temere unq̃ puenit ad frugẽ.

Non arma gentes:cingere aſſuerant ſuas
Muris nec urbes peruium cunctis iter
Communis uſus omnium rerum fuit.
Et ipſa tellus læta fœcundos ſinus
Pendebat:ultro tam piis felix parens
Et tuta alumnis:alia ſed ſoboles minus
Conſpecta mittis:tertium ſolers genus
Nouas ad artes extitit ſanctum tamen
Mox inquietum qui ſequi curſu feras
Auderet arces:fluctibus tectos graues
Extrahere piſces reti:uel calamo leui:
Decipere uolucres crate aut leui
Tenere laqueo:ſubiectos præmere iugo
Thauros feroces:uulnere immunẽ prius
Sulcare terram:læſa quæ fruges ſuas
Interior alte condidit ſacro ſinu.
Sed in parentis uiſcera intrauit ſuæ
Deterior ætas eruit ferrum graue
Aurumq;:ſæuas mox & armauit manus.
Partita fines regna conſtituit:nouas
Extruit urbes:tecta defendit ſuis
Aliena telis:aut petit:præde imminens.
Neglecta terras fugit & mores feroces
Hominũ:cruenta cæde pollutas manus
Aſtrea uirgo:ſyderum magnum decus.
Cupido belli creuit:atq; auri fames
Totũ per orbẽ maximũ exortũ eſt malũ
Luxuria peſtis glanda:cui uires dedit
Robur longũ tempus:atq; error grauis.
Recollecta uitia per tot ætates diu
In nos redũdant:ſeculo præmimur graui
Quod ſcelera regnãt : ſæuit ĩpietas furẽs
Turpis libido dominatur potẽs uenere.
Luxuria uictrix orbis immenſas opes
Iãpridem auaris manibus:ut p̃dat rapit.
Sed ecce greſſu fertur attonito nero:
Truciq; uultu:quid ferat mente horreo.

Nero.Præfectus Seneca.

Nero loquitur.

p Erage ĩpata mitte qui plauti mihi
Sillæq; cæſi referãt ab ſciſſũ caput
Pre.iuſſa haud morabor caſta cõfeſti petã
Se.Nihil ĩ p̃piquos temere cõſtitui decet

¶Clementia:si non uis timere esto clemens & benignus omnibus qui te amabunt. Patri patriæ:imperatori:qui pater patriæ dicebatur. Senem:te senecam repellit illum dicens dato ista præcepta pueris non mihi imperanti. Feruida:intemperata propter calorem ætatis. In hac.s. qua ipse sum. Comprobent:debes agere quod probabile est & diis & hominibus. Cum faciam:hoc dicit propter Claudium quem in numerũ deorum collocauit.q.d.non timeo deos cum sint similes Claudio quem ipsum deum feci. Hoc ideo debes habere uerecundiam cum plus potes. Obsequenti.fauenti fortunæ. Dea:fortuna est leuis & inconstans: unde illi non est fidendum. Liceat: quid possit:nam debetis omnia prouolũtate agere. Decet:honestuꝫ est.nõ qđ possumus turpiter & impune facere. Calcat:si me sũ mitterem:omnes mihi insultarent. Inuisum:quẽ habẽt odio. Fides:beniuolentia. Exprimitur:per uim extorquetur. Statuam:faciam quicquid uoluero. Cõsensus: si uis statuere aliquid fac cõsentiant alii:& omnibus placeat. Rata firma. Despectus.s.ab ipsis faciet rata:hoc ẽ faciam consentire gladio. An patiar: debeo pati cõiurationes in uitam meam. Exilia:nam illos in exilium miserat nec fracti aut domiti erant ob id quin parent mihi mortem. Pertinax:perseuerans in malum. Fauor: nam multos coniuratos sperant in urbe contra me. Tollantur: interficiantur ipsi. Inuisa: octauia moriatur & sequatur fratrem britannicum.

BER.

Ne. Iustum esse facile est:cui uacat pectus metu.
Se. Magnum timoris remediũ clemẽtia ẽ
Nero extinguere hostem maxima est uirtus ducis
Se. Seruare duces maior est patriæ patri.
Ne. Præcipere mitẽ conuenit pueris senẽ.
Se. Regẽda magis est feruida adolescẽtia
Ne. Aetate in hac satis esse consilii reor:
Se. Vt fata superi comprobent semp tua
Ne. Stulte uerebor ipse cum faciam deos
Se. Hoc plus uerere.quod licet tantũ tibi
Ne. Fortuna nostra:cũcta pmittit mihi.
Se. Crede obsequenti parcius:leuis ẽ dea.
Ne. Inertis est nescire quid liceat sibi.
Seneca. Id facere laus est:quod decet:non quod licet.
Ne. Calcat iacentem uulgus
Se. Inuisum opprimit.
Ne. Ferrum tuetur principem:
Se. Melius fides.
Ne. Decet timeri cæsarem:
Se. At plus diligi:
Ne. Metuant necesse est.
Se. Quicquid exprimit nr graue est.
Ne: Iussisq; nostris pareant.
Se. Iusta impera.
Ne. Statuam ipse.
Se. Quæ consensus efficiet rata.
Ne. Despectus ensis faciet.
Se. Hoc absit nefas.
Ne. An patiar ultra sanguinẽ nr̃m peti.
Inuictus & cõtẽptus:ut subito opprimar
Exilia non fregere sumotos procul:
Plautum atque syllam:pertinax quorum furor
Armat ministros sceleris in cædem meã:
Absentum cũ maneat etiam ingẽs fauor
In urbe nostra:qui fouet spes exulum.
Tollantur hostes ense suspecti mihi.
Inuisa coniunx pereat:ut carum sibi.
Fratrẽ sequat:qcqd excelsum est:cadat.

¶Maior:scilicet uirtus est seruantis ducẽ q̃ pẽdẽtis. Regẽda magis:maioris culpæ sunt delicta adolescẽtis q̃ pueri.ideo adolescenti magno consilio & moderamine opus est.quale peæceptuꝫ elegantissime proponit Plutarchus in quadam epistola ad Traianum imperatorem.Additq; malum discipulum & præceptori suo aduersum:publicũ esse dedecus familiæ suæ & patriæ:apponitq; exemplũ de Nerone ob cuius delicta detrahẽtiũ linguis Seneca carpitur:& adolescentium suoruꝫ temeritas in Quintilianum refunditur:& Socrates in pupillum fuisse clementior crimin. Fuit autem Traianus(ut oportunã hanc ecbasim non omittamus)gentilium optimus augustorũ:arguẽtibus cunctis eius comitatem in omnes nimiaꝫ.respõdere solitus est.se talem uelle imperatoreꝫ esse priuatis:quales imperatores sibi esse priuatus optasset. Vnde admonitus a Plinio secundo qui tunc tẽporis erat iter cæteros iudices persecutor christianoruꝫ destinatus:a nece martyꝝ & persecutiõis gladio temperauit:& forte mitius, egisset cum fidelibus:nisi exemplis cruentissimi Neronis inuitatus fuisset(qui ut scribit Trãquillus & affirmat Tacitus) sectam christianã publica opinione superstitiosam & ueræ religionis inimicam radicitus delendam esse prædicabat.sed iam ad nostri restituti reuertamur exordiuꝫ. Verebor: Argumentum a minori ad maius.minus est timere deos q̃ facere ergo deos non timebo quos est plus facere q̃ timere. Cautuꝫ publico fuit edicto nulli diuinos largiri honores nisi qui auctoritate senatus uel ipatoris fuisset deus pronunciatus. Quod decet:par est. Nõ quod licet:nõ quod fert licẽtia & libido. Inuisuꝫ opprimit: nec te nimis durum nec nimis facilem præstato ut hinc despiciare. Illic trucidare. αλλα μησσεν και τομεσσον χρυσειον φυλαξον. Quæ cõsensus efficiat rata: Attei? capito iuris peritissimus generali consensu stare oportere leges affirmabat. An patiar:nititur q̃ nefas est ut licitum ut concessum probare. Furor quorum:qui in furore pertinaces & duri. Maneat:expectet. Excelsum: sublime:omnes magni pẽdantur:nam ut scribit Tacitus Nero maxime sæuit in nobilitatem.

DAN.

BER. ¶ Pulchrum summa prudentia est scire gubernare populum suum: q confirmat exẽplo Octauiani. Eminere: esse excellentem inter claros. Lactauit: nam multa bella habuit principio imperii contra Marcum Antonium & interfectores Cæsaris. parentis: cæsaris iulii. Hostes: Brutum & Cassiũ. Incruẽta: supple fortuna incruenta sine bello. Nam imperium habuisti in pace relictum a Claudio. Numẽ: potestatẽ suã. Nurui: uoluntati tuæ. Serues nomen. s. patris patriæ cuius officium est seruare suos non perdere. Munus deorũ: confutat Nero se non fuisse electum a romanis: immo uoluntate deorũ. Metus nostri: debeo diis q isti metuunt: & supplicant etiã inuiti. Exprimi: facit exprimere. Quæ clementia. q. d. nulla est seruare inimicos & superbos. Vna uoce: uno mãdato: ut interficiant. Brut⁹: qui coniurauit in cæsarem: probat per exemplum q hostes non sunt seruãdi. Ducis: Cæsaris qui illũ seruauerat cũ prius cum Pompeio fuisset. Inuictus: cæsar q nũ quã potuit superari bello. Quantum cruoris: non postea octauiãus in ultionem patris ut scribit Suetoni⁹ plurimos sustulit. Lacerata totiẽs. s. p bella ciuilia. Meruit cœlum: nã per apotheosim factus ẽ deus. Penates: domos romanas. Trium ducum: post mortẽ cæsaris pacato bello mutinensi contra Antoninm ut scribit Suetonius in Augusto factus est triumuiratus propæ bononiã in insula lauini: ubi Octauiãus Marcus Antõius: & Marcus lepidus conuenerunt & inter se imperium diuiserũt: tabulamq proscriptorum fecerũt in qua Marcus Tulli⁹ scriptus fuit. Deditos: nam pscripti impune poterãt interfici. Patres: senatores romani uiderunt capita interfectorum affixa pro rostris in foro ubi erant quædã; sub selia quæ rostra appellabantur: quod ex nauib⁹ captis cõtra antianos facta fuerant. Ferrũ. s. fugerent. Tabula: ut moris erat nomina proscriptorum ponebantur in tabula quæ album appellabatur & in foro exponebatur. Pauere: pastum dederunt.

DAN. ¶ Pulchrum: prudentissimus seneca aduersus tantũ furorem magno temperamento se fert & mira sententiarũ grauitate a pœnitissimis philosophiæ finibus emanãriũ leues animi impetus infringat. Regis: debes regere. Patriæ parẽs: princeps iustus ẽ pater patriæ: q publicis muneribus exercendis & oneribus obeundis: legis beneficio sibi primum uendicat locum & in eo præferendus est cæteris q cum singuli teneãtur ad singula. principi onera imminent uniuersa: unde merito in eũ omniũ potestas cõfertur ut frugem cõmunem disponat & utilitatis uniuersæ cautionem sibi uendicet: principi fideliter regnum gerenti tantus est honor exhibendus quantum debent capiti omnia membra corporis ligurgus i regno suo decreta constituens firmauit principes ad iustitiam impiorũ auri & argenti usum & omnium scelerum materiã sustulit. Munus deorum est: superis acceptum refero nõ romanis q sim iperator. omnis enim potestas a deo optimo ẽ. Nostri metus. s. est q me uerẽtur inuiti. hic Nero blãditur magis suæ causæ q̃ q faueat diis. Graues: capitales. In cedẽ ducis: brutus cũ Cassio parmensi strictis pugionibus cæsarem in capitolio peremerũt. Domitor gẽtiũ Cæsar prudentiæ & militiæ uiribus orbem acquisiuit. homo pæpaucorum. & cui nullum expræsse similem adhuc edidit natura mortalium: hunc tamen q sibi minus caueret interfecerũt hypochrytæ domestici. Augustus: fœlicissimus omniũ qui subinterminatiõe dominus noluit appellari: & ciuem gerens tyrannidem declinauit. Trium ducum: Augusti Lepidi & Antonii.

Se. pulchrũ eminere ẽ iter illustres uiros:
Consulere patriæ: parcere afflictis: sera
Cæde abstinere: tempus atq; iræ dare:
Obrui quietem: sæculo pacem suo.
Hæc summa uirtus: petitur hac cœlũ uia
Sic ille patriæ primus augustus parens.
Cõplexus astra ẽ: colitur & templis deus.
Illum tamen fortuna iactauit diu
Terra marique: per graues belli uices.
Hostes parentis: donec oppræssit sui.
Tibi numen incruenta summisit suum:
Et dedit habenas imperii facili manu:
Nutuique terras maria subiecit tuo:
Inuidia tristis uicta consensu pio
Cessit: senatus: equitis accensus fauor
Plebisque uotis: atque iudiciũ patrũ est.
Tu pacis auctor: generis humani arbiter
Electus: orbem specie sacra regis
Patriæ parens: q d nomẽ: ut serues petit:
Suosque ciues cõmendat roma tibi.
Ne. Munus deoꝝ est ipsa q d̃ seruit mihi
Roma & senatus: quodq; ab inuitis pces
Humilesq; uoces exprimit nostri metus:
Seruare uiros principi & patriæ graues:
Claro tumentes genere: quæ clementia ẽ:
Cum liceat una uoce suspectos sibi
Mori iubere: brutus in cædem ducis
A quo salutem tulerat armauit manus.
Inuictus acie. domitor gentium ioui
Aequatus: altos semper p honoꝝ gradus
Cæsar nefando ciuium scelere occidit.
Quantum cruoris roma: tunc uidit sui
Lacerata totiens: ille qui meruit pia:
Virtute cœlum diuus augustus uiros
Quot iteremit: nobiles: iuuenes: & senes
Sparsosque p orbẽ: cũ suos mortis metu
Fugerent pœnates: & trium ferrũ ducum
Tabula notante deditos tristi neci.
Exposita rostris capita cæsorum patres
Videre mœsti: flere nec licuit suos:
Non gemere dira tabe polluto foro
Stillante sanie per putres uultus graui:
Nec finis cruoris aut cædis fletit.
Pauere uolucres: & sæuas feras diu

Tristis philippi hausit & siculũ mare
Classes uirosq; sæpe cedentes suos
Cõcussus orbis uiribus magnis ducum:
Superatus acie:puppibus nilum petit
Fuge paratis:ipse periturus breui:
Hausit cruorem incesta romani ducis
Aegyptus iterũ nunc leues umbras tegit.
Illic sepultum est impie gestum diu
Ciuile bellum condidit tandem suos:
Iam fessus enses uictor hebetatos feris
Vulneribus: & cõtinuit imperium metu
Armis fideq; militis tutus fuit.
Pietate factus nati eximia deus
Post fata consecratus:& templis datus.
Nos quoq; manebunt astra:si sæuo prior
Ense occupabo qcquid infestum est mihi
Dignaq; nostrã sobole fundabo domum
Se. Impleuit aulam stirpe cœlesti tuam
Generata diuo claudio:gentis decus
Sortita fratris more iunonis thoros.
Ne. Incesta genitrix detrahit generi fidẽ:
Animusq; nunq̃ coniugis iunctus mihi
Se. Teneris ĩ ãnis haud satis clara est fides
Pudore uictus:cum tegit flãmas amor
Ne. Hoc eqdẽ & ipse credidi frustra diu
Manifesta q̃uis pectore insatiabili
Vultuq; signa proderent odium mei.
Tandem quod ardẽs statuit ulcisci dolor
Dignãq; thalamis cõiugẽ inueni meis
Genere atq; forma:uicta cui crederet uen⁹
Iouisq; coniunx:& feros armis dea.
Se. pbitasq;:fidesq;:cõiugis mors pudor.
Placeãt marito.sola perpetuo manent.
Subiecta nulli mentis atq; animi bona.
Florem decoris singuli carpunt dies.
Ne. Omnis in unam cõtulit laudes deus
Talemq; nasci fata uoluerunt mihi
Se. Recedat a te:temere ne credas amor.
Ne. Q uẽ submouere fulmĩs dñs nequit
Cœli tyrãnus:sæua qui penetrat freta
Ditisq; regna:detrahit superos polo.
Se. Volucrẽ eẽ amorẽ fingit ĩmitẽ deum
Mortalis error armat & telis manus.
Arcusque sacros instruit sæua face
Genitũq; credit uenerei lucano satum
Vis magna mẽtis blãdus atque aĩ calor
Amor est:iuuenta gignitur luxu:ocio

¶ Philippi campi in Thessalia ubi Octauiãus Brutũ superauit:caputq; eius Romam misit:ut statuæ cæsaris submitteretur. Siculum mare:hoc fuit bellũ aduersus sextũ Põpeiũ filiũ magni põpeii. Cædẽtes: qa bellũ erat inter ciues. Supatus:Marcus Antonius petit nilũ fugit in ægyptum. Hausit incesta ægyptus:pp Cleopatra incestã quæ Antõio nupserat repudiata octauia soror Augusti. Romãi ducis:Marci Anto. Sepultum:finitũ eẽ bellum. ciuile ibi fuit. Victor:augustus. Feris: crudelibus:nam inter ciues erat bellũ. Ebetatos:q ñ pl⁹ icidebãt. Militis: Octauiãus fuit tut⁹ armis & fide militũ: nõ beniuolẽtia ciuiũ. Manebũt: collocabor in nũero deoq;: si prius inimicos sustulero. Domũ:stirpẽ meã:si habuero uxorem: de qua possum suscipe filios:nã octauia sterilis ẽ. Iunõis quæ ioui fratri nupta est. Incesta gẽitrix: messalia mr̃ ei⁹ adultera facit ut putẽ octauiã simile illi:nec liberos certos & illa posse hr̃e. Cõiugis:octauiæ:quæ nunq̃ dilexit me.

Teneris:non debet puella ostẽdere amorẽ: sed intra pectus diligere. Tegit:occultat uerecũdia. Credidi:habebam hanc opĩonẽ prius.sed uideo multa signa odii. Prodirẽt:mãifestarẽt. Insatiabili:qa non potest satiari odio meo. Ferox Dea:Diana. Probitas:snia notabilis:uirt⁹: non forma uxoris quærenda est. Bona animi: uirtutes eternæ. Florẽ:pulcritudinẽ. Carpũt.diminuũt: ut inqt Flegiac⁹ poeta. Fortũa bonũ fragile ẽ: q̃tũq; accedit ad annos fit mior. Amor:q certũ iudiciũ nõ habet. Quẽ .s.amorẽ:nec iuppiter ipse:nec neptun⁹:nec pluto supar̃ potuerunt:unde ipse illi parendũ putauit. Volucrẽ:uerba sunt hæc pclara qbus error hoium demõstratur. Volucrẽ:aligeq;. Immitẽ:nulli parẽtẽ. Vis magna:quãdo homo dedicat mentẽ ad aliquid. Blandus: cui facile assẽtitur. Luxuria:affluentia rerum:ut inqt Terẽtius: Sine cerere & baccho friget uenus. Ocio:quiete:ut inquit.

¶ Puppibus nilu3 petit:brũdusii cõmorat⁹:asiæ:syriæq; circuitu ægyptum petit obsessa Alexãdria quo cõfugerat Antõius cũ cleopatra ubi ipse antonius ad mortẽ coact⁹ est. Petit nilũ: Antonius cõfugit alexãdriã. Animusq; cõiugis:uir & uxor:duo qdẽ corpa.mẽs aũt una eẽ debet sed animus octauiæ mihi semp fuit infensus & discors. pterea illam sumendã duco. i. popeã:que & genere & forma meis thalamis nõ indigna uisa est:cui crederet uen⁹ Iuno & pallas armorũ dea:quã mihi morigerã obsequẽtez: iocundã dederunt dii. Credidi:frustra diu credidi qdem diu:sed frustra:nã dissimular̃ diutius suũ ĩme odiũ haud quit. Probitas:fides & pudicitia maxia dosĩ muliere:nõ aũt forma quæ idies minor fit: & spatio carpit:ut ẽ bonũ fragile. Ois in unã.laudes quæ singulæ sunt in singulis: in hac una oẽs sunt cõgeste. Volucrẽ esse amorẽ. amor habet alas:euolat ictu oculi:ut est pfidus:& malorũ oĩum auctor:ideo nõ incõcinne poeta egregius: licet cõtra tendat Quintiliãus. Apollonius rhodius in q̃rto medeæ imbecillitatẽ cõmiserãs in amorem his uerbis acrirer ĩnuexit σχετλιερωσ μεγαϖημα μεγα ζυγοσ αντρωϖοισιεκ σεθενουλομεναι τεριλεσ ζοναχαι τεγδοιτε: αλγεα ταλλει τοισιναϖειρονα τετρηχασι &c. Volucrem alatum non aliam ob causam pingitur alatus cupido: scilicet alterna:quoniam iactamur in unda. Nostra nonnullis pmanet aura locis. hinc Hiero. sanctus contra Iouinianum inquit:amor homines facit querulos temerarios iracundos dure imperiosos seruiliter blandos.

BER.

DAN.

BER. ¶ Ouidius. Queritur Ægisthus mõ cur sit factus adulter ipromptu ratio desidiosus erat. Cadit: fugit a nobis. Voluptas. s. uera mariti & uxoris habere cõiugalem & licitum amorẽ quẽ põt habere cum Octauia. Grato: cõ iugali amore qui ẽt lenit feras. Hic mihi. s. amor: persistit in opinione sua. Perferat: ante portet more sponse: populi: qui nõ posset ferre octauiã destitui. Prohibeor: scilicet repudiare uxorẽ quod omnibus cõceditur. A sũmo .s. uiro: cuius: ut ipt cicero: nec factũ nec dictũ latere põt.

Libet expediri. s. si tantũ possum quãtũ populus. Animis. s. uulgi. Fractus: debilitatus potentia mea. Cedat discedat. Obsequere: facias gratum potius qnam experiaris hoc. Dolet: quando populus non potest impetrare quicquam ab imperatore. Ferro: imperabo: armis & cogam eos. Estius: ẽ potestas exprimere. i. per uim habere.

Negare: non concedere honestum. non iustum ẽ ut populus cogat principem. Remittat: spõte relaxet: Victũ dicent: me coactũ. Leuis fama: non curanda talis est. Sit .s. leuis notat. i. infamat. Excelsa: nullus audet contra principem. Carpit: si non aperte tamen clam. Opprimitur facile extinguitur si bene agis. Portet. s. popea grauida ex me: quod tot9 populus optat. Quin destinamus: deliberamus crastinam diem ad nuptias popeæ.

TEllure: Principiũ tertii actus: licet in superiori non fuerit chorus cui9 rei causa fuit qđ precedẽtia chorus sẽper debet dicere: sed isti clã sunt loquuti iõ nõ potuit scire: quid quærẽdum esset: uenit igitur Agrippina ab iferis: conqueriturq; dicens se uelle turbare has nuptias. Præferens: portãs ad thalamos filii. His flãmis: facibus infernalibus ad futuram infœlicitatem. Vindex: faciens uindictam de malis habitis. Rogos: mortem eius. Manet semper recordor ipietatis filii: licet sim apud iferos. Cædis: mortis meæ. Manibus inuitis. aiæ meæ adhuc non uindicatæ. Reddita: loco meritorũ data est mihi puppis funesta de qua uidimus. Imperi. per me dati illi. Vox .s. manet: adhuc recordor lamentationis qua usa sum in naufragio. Comitum qui mecum erant in naui soluti li nihil mali merentes. Votum: propositum erat plorare illorum mortem: sed tempus non datum est: cum iussu nati in terra subito interempta fuerim.

